



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De ratione computi, libellus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

Aliud.

Sic itaque & September coequato numero
Quia esse duo anni comprobantur unius
Autumnale suum, alter servat aequinoctium.

De ratione duodecim signorum.

Mira prorsus paganorum & sava dementia,
Qui in caelum transfulerunt tam diversas bestias,
Cum olympo esse consentent angelorum agmina.

Illi taurum radiare dicunt inter sidera,
Qui in boream versus Iovem fabulose assererant,
Ad Italiam transiit Agenoris filiam.

Habet fides Christiana signorum memoriam,
Primum agni qui in caelum in aestate fulgida,
Regnat unicus cum patre per immensa secula.

Igitur non torvis fronte, nec cervice tumida
Noster taurus est putandus nominatus optimus,
Dulcis, blandus, atque mitis, atque stivus vitulus.

Ipsè est ergo tenendus saginatus vitulus,
Cujus caro immolata in crucis patibulo,
Hos cruce suo tulit de mortis periculo.

Hic non cessat nos hortari pietate sedula,
Iugo Christi summittenti exarare vitia,
Devorum praeceptorum reportare semina.

Prosequenti bus hortatur testamentum geminis.
Idolatriam calcare, solum Dominum querere,
Avaritiam vitare, cancrum incurabilem.

Leo noster obdormivit ut in morte vinceret,
Ideo evigilavit ut post imus surgeret.
Per quem jusse crederetur à panis eripi.

Virginis hoc sextum signum competenter sequitur,
Sexta mundi iam etate venit Dei filius,
Aequitatis libram tenet, iure Deus dicitur.

Hic puro si quis corde bene ministraverit,
Iam securus non timebit venenum pestiferum,
Conculcare iam cum planta scorpionem poterit.

Scuto fidei protectus servum sagittarium
Deformatum non timebit, cum equinis cruribus,
Ipsè quoque superabit nefandum diabolum.

Capricornus ac deformis vultu despicabilis,
Alios amentes facit, alios sacrilegos,
Homicidas furiosos, alios adulteros.

Sed bis omnibus conversis atque bene sententibus,
Tergere de fronte solet candidus aquarius,
Crimina quae sponte fiunt, vel instinctu demonum.

Duo pisces qui sequuntur uno sinu edunt,
Duos populos figurant, vocatos per gratiam,
Baptismatis unda lotos, soli Deo credere.

Insanire iam illorum desinant dementia,
Qui in caelo esse credunt aliqua mortalia,
Cassa sperant, illa credant quae Dei ecclesia.

Animalia pusilla, magna & reptilia,
Carnis pondere gravata non petunt caelestia,
Red cum carne horum credunt inervare animas.

Vbi hominum & Dei mediator fuerit,
Esse ibi electorum credimus & animas,
Haec daturum se promissit in finita bonitas.

FINIS.



BEDÆ PRESBYTERI LIBELLVS DE RATIONE COMPUTUS.

De Tempore.

I. Interrogatio.



Vnde dicta sunt tempora?

Respon. Tempora sunt dicta,
à temperamento, quia uni-
uscujusque illorum spatium
separatim temperatum sit.
Seu quia momentis, hotis,
diebus, mensibus, annis, se-
culisque & ætatibus, om-
nia mortalis vitæ curricula
temperentur. *Interrog.* Quot

modis ratio computus discretus est? *Respon.* Tribus: ait enim, natura, aut consuetudine, aut auctoritate decurrit. *Interrog.* Auctoritate quomodo? *Respon.* Auctoritas bifarie divisa est: humana scilicet ratione, & divina. *Interrog.* Humana quomodo? *Respon.* Ut sunt olympiades quatuor annorum, nundinae octo dierum, indictiones, quindecim annorum. *Interrog.* Divina quomodo? *Respon.* Item septima die sabbatum agi septimo à rurali opere vetari. Quinquagesimum annum, jubilatam vocari. *Interrog.* Consuetudine quomodo? *Respon.* Humana consuetudine firmatum est, ut mensis triginta diebus putaretur, cum hoc nec solis nec lunæ cursui conveniat. Siquidem lunam duodecim horis minus, cum salva ratione saltus, solem vero decem horis & dimidia plus, qui soletius exquiescent testantur. *Interrog.* Natura quomodo? *Respon.* Natura duce repertum est solis annum trecentis sexaginta quinque diebus, & quadrante confici. Lunæ vero annum, si communis, trecentis quinquaginta quatuor, si Embolismus, trecentis octoginta quatuor diebus terminari. Totumque lunæ cursum decennovennali circulo comprehendi. Et errantia sidera suis quæque spatij zodiaci circulo circumferri.

De Hora.

II. Interrogatio.

Hora quid est? *Respon.* Hora est duodecima pars diei. Siquidem duodecim horæ diem complent, Domino attestante, qui ait: Nonne tredecim horæ sunt diei? si quis ambulaverit in die non offendit. Ubi quamvis allegoricè, se diem: discipulos vero, qui à se illustrandi fuerant, horas appellaverat. Solo tamen humane computationis ordine numerum diffinivit horarum. Verum notandum est, quia si omnes anni dies decem duodenis horis computentur, æstivos necesse est dies longioribus, brumales vero brevioribus horis includi. Si vero horas æquiparare, hoc est æquinoctiales habere volumus, brumali diei nihilominus pauciores, & æstivo necesse est, ut plures tribuamus. *Interrog.* Hora quot punctos recipit? *Respon.* Quatuor: & in quibusdam lunæ computatis, quinque, & decem minutas, quindecim partes, & quadraginta momenta. *Interrog.* Sunt hæc divisiones temporum naturales, an non? *Respon.* Non, sed conductivæ. Nam cum calculatoribus necesse esset, vel diem in duodecim horas, vel horam in quatuordecim, aut in decem, vel quindecim, aut in quadraginta, aut in alias quashbet minores majoresque distribuere particulas, quæsierunt sibi vocabula, quibus id quod vocabant, nuncuparent, ut alterutrum dignoscere possent. *Interrog.* Hora unde dicta est? *Respon.* Hora

dicta

dicta est, eo quod certi temporis ora, id est terminus sit. Sed & vestimentorum & fluviorum maris quoque fines oras vocitare solemus. Punctus verò à parvo puncti transscendo qui fit in horologio. Minuta autem à majore intervallo vocantes partes, à partitione circuli zodiaci, quem tricenis diebus per menses singulos findant. Porro momenta, à motu syderum celeberrimo nuncupantes, dum aliquid sibi brevissimis in spatijs cedere aut succedere sentitur. Minimum autem omnium, & quod nulla ratione dividi potest tempus, atomum Græcè, hoc est indivisibile, nominant.

De die. I I I.
Interrogatio.

Dies quid est? *Respon.* Aër sole illustratus. *Interrog.* Unde sumpsit nomen? *Respon.* Dies inde dictus est, eo quod tenebras à luce disungat ac dividat. *Interrog.* Dixisti diem esse aërem à sole illustratum, cum principio creaturarum legimus tres esse dies ante solem conditum. *Respon.* Verum est, in primordio creaturarum tenebræ erant super faciem abyssi. Dixitque Deus, Fiat lux, & facta est lux, & vocavit Deus lucem diem. Igiturque lux ab Oriente emerit, fugatis tenebris, latitudineque sui fulgoris totam terram æqualiter perfulsit. Primos ternos dies oriendo occidendoque velut sol terminavit: de qua luce luminaria formata esse creduntur. *Interrog.* Quid à solari luce distabat? *Respon.* Hoc quod caloris fœtu carebat. *Interrog.* Diffinitio diei quot modis dividitur? *Respon.* Bifariè, hoc est vulgariter, & propriè. *Interrog.* Vulgariter quomodo? *Respon.* Vulgus namque omnem abulive solis præsentiam super terram appellat. *Interrog.* Propriè qualiter? *Respon.* Propriè autem & naturaliter, dies vigintiquatuor horis, id est circuitu solis totum orbem lustrantis implentur: qui secum semper & ubique lumen diurnum circumferens spatio aereo tam noctu sub terras, quam supra terras in die creditur exaltari. *Interrog.* Da amborum auctoritatem. *Respon.* Dominus in Evangelio diem vulgarem diffinit dicens, Noñe duodecim horæ sunt diei: Moyses autem proprium ita descripsit, dicens: Et factum est vespere, & factum est mane dies unus. Quem Hebræi & Chaldæi persequentes juxta primæ conditionis ordinem, diei cursum à mane usque ad mane deducunt, umbrarum videlicet tempus luci supponentes: at contra Ægyptij ab occasu ad occasum. Porro Romani à medio noctis in medium umbræ. Et Athenienses, à meridie in meridiem dies suos maluerunt computare. Divina autem auctoritas à mane usque ad mane, unum diem in Genesi appellat. Sed Dominus resurgente, eadem in Evangelio, totius diei tempus à vespere sanxit vespere. Ut hominem de luce lapsum in tenebras, & deinceps à tenebris redire ad lucem significaret. Ubi primus seculi dies, sit, hoc requiro. Principium seculi & conditionis mundi secundum Ægyptios, quibus Abraham à Chaldæis edoctus Astrologiam advexit, xv. Calend. Aprilis die contigisse fertur, eo quod die zodiaci initium extitisse, atque juxta zodiaci divisionem, eo die facta est lux, quo sol Arietis signum, revertens ad exordium ingrediebatur. Qui quarto die conditionis, videlicet xxi. Calendarum supradictarum incipiente creatus est, qui que pari spacio dividens lucem & tenebras sua præsentia absentiaque vernalæ æquinoctium, eo die fecit, cuius diei initio tunc eum cæli locum Oriens cepit, quem Astrologi, quartam partem arietis esse dicunt. Eumque post 365. dies & sex horas rediens, propter istas horas anno sequenti meridiem faciens, vernalæ æquinoctium intravit tertio vespere, quarto, medio noctis, quinto, rursus mane, sicut primo occurrit. In qua die invenitur Sol, non solum primam signi partem descendisse, verum & quadrantem jam in ea die habere, ipsa est per naturam caput signiferi, duodecim signa que particulæ nominantur, initium habere & terminum. A natolius refert, ibi quadrantem dici, ibi saltum incipere ac finire: ibi annum magnum, hoc est planetarum cursum, exordium finemque sortiri. Luna ejusdem diei vespere plena Orientis à medio apparet, quartam libræ partem, que est æquinoctium autum-

nale, tenuit, initiumque paschale suo exitu consecravit. Neque alia servandi pascha est regula, quia ut æquinoctium vernalæ plenilunio succedente perficiatur: at si vel una die plenitudo lunæ processerit, æquinoctium jam non prima mensis, sed ultimum, luna putetur. Itaque non ab re est, quia tunc sol non primi, neque secundi vel tertij diei, sed quarti habet potestatem. Luna verò illuminata ab eo, cum stellis tandem ad vespere noctis potestatem accipit. Sed verus ille sol qui est Christus, decursu tempore ante legem legalique atque prophetali gratia per se incipiente, nobis ortus est, suæque lumine gratiæ corpus Ecclesiæ quoque virium præveniens illuminavit. Quia pleni lunæ paschæ ante æquinoctium fieri non potest. Ut nostrum paschæ æquinoctiali solis exortu, cuncta videlicet tenebrarum offendicula vincens, nos vestriæ devotionis plenilunio sublequente celebremus.

De nocte. I V.
Interrogatio.

Unde dicta est nox? *Respon.* Nox dicta est eo quod noceat aspectibus vel negotijs humanis, sive quia in ea fures latronesque nocendi alijs occasionem nanciscuntur. *Interrog.* Nox quid est? *Respon.* Nox est solis absentia, terrarum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum, quam à natura ejus poeta describens Ruit (inquit) oceano nox Involvens umbra magna, terramque polumque. & Salomon sacris literis expressit, qui pascit inter lilia, donec asporet dies, & inclinatur umbra. Eleganti utique sensu decessionem noctis, inclinationem appellat umbrarum. Sed & ista umbra que ad sidera usque videtur extendere, noctis natura est, & lunam aliquando plus cæteris syderibus interim obscurat, ut sui luminis defectu impartiarur, quia ad infima planetarum currit, superiora tamen spacia vel suo vel syderum semper lumine fulgescunt. Sed & luna cum infimas sui cursus absides plena adierit, nonnunquam umbra memorata obfusari solet, donec centrum egressa rursus à sole cernatur. Verum ne hoc omni plenilunio patiarur, latitudo, que duodecim partium est diversarum absidum altitudinem habere dicitur. *Interrog.* Quot sunt que umbram efficiunt? *Respon.* Tria quædam, scilicet lux, corpus, locus obcuratus. *Interrog.* Qualiter? *Respon.* Lux si corpori par est, æqualis est ei & umbra: si corpus majus, augeatur & umbra: si exilis, minuetur & umbra. Sol autem terra major esse dicitur, quamvis longinquitate modicus videtur. Atque ideo noctis umbram, quia sensim decrefcit, deficere, priusquam æthera pertingat, sicque ad aëris ætherique confinium, acuminatis inlitar pyramidum tenebris, philosophi umbram terræ exaltari dicunt. *Interrog.* In quot partes dividitur nox? *Respon.* In septem. *Interrog.* Quæ? *Respon.* Crepusculum, vespertinum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum. Crepusculum est dubia lux, nam crepusculum dubium dicimus, hoc est inter lucem & tenebras. Vespere apparente stella ejusdem nominis, de qua Poëta: Ante diem clauso componit vesper olympo. Conticinium, quando omnia conticescunt, id est silent. Intempestum, media nox, quando omnibus sopore quietis nihil operandi tempus est. Gallicinium, quando galli cantum levant. Matutinum, inter abscessum tenebrarum, & auroræ adventum. Diluculum, quasi jam incipiens parva diei lux, hæc aurora est, pertinens usque ad solis exortum.

De hebdomada, & septem planetis,
V. Interrogatio.

Unde dicta est hebdomada? *Respon.* Hebdomada, à septenario numero nomen accepit: quia & Romani septimanam à septem diebus appellant. Manus enim apud veteres, dies à puritate dicitur. *Interrog.* Quomodo à populo Dei computabatur? *Respon.* Antiquitus à populo Dei ita computabatur. Prima sabbati, vel una sabbati, sive sabbathorum. Secunda sabbati, tertia sabbati, quarta sabbati, quinta sabbati, sexta sabbati, vel sabbato. Non quia

omne:

omnes sabbatorum, hoc est requietionum dies esse non potuerint: sed quia à requietionum die quæ suo nomine & cultu singularis excellat, prima vel secunda, vel tertia, sive cætera suo quæque censentur ex ordine. *Interrog.* Quomodo computabant gentiles hebdomadam? *Respon.* Verùm gentiles cum observationem à populo Israel hebdomadis ediscerent: Primam videlicet Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Jovi, sextam Veneri, septimam Saturno dicentes, Eisdem monstris suos dies quibus & errantia sidera consecrantes tametsi diverso ordine computantes. *Interrog.* Quid se ex his habere aestimantes? *Respon.* Aestimabant enim se à sole spiritum habere, à luna corpus, à Marte fervorem, à Mercurio sapientiam & verbum, à Jove temperantiam, à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem. *Interrog.* Rogo ut juxta aestimationem tuam effectum carum mihi edideras. *Respon.* Puto quod sol in medio planetarum positus, totum mundum spiritus instar calefacere & quali vivificare videtur, Ecclesiaste attestante qui ait, Girans girando vadit spiritus, & in circulos suos revertitur. Luna autem per humorum ministerium, incrementum corporibus suggerit cunctis. Martis stella utputa soli proxima coloris simul & natura est fervens, Mercurius perpetuo circa solem discurrendo, quasi exhausta sapientia luce radiari putabatur. Jupiter frigore Saturni & ardore martis hinc inde temperatur. Venus luminis vetustate quam ex Solis vicinitate percipit, suo cernens allicit aspectu. Saturnus eo tardior cæteris planetis, quo & superior incedit. *Interrog.* Quot annis vel diebus uniuscujusque cursus impleri videtur. *Respon.* Saturnus triginta annis signiferum implet, inde Jupiter duodecim annis. Tertius Mars duobus annis. Quartus Sol trecentis quinquagintaquinque & quadrante intra Solem, Venusque, & lucifer, & vespere trecentorum & septem diebus, à sole nunquam absistens partibus sex & quadraginta, longius proximum illi mercurij sidus novem diebus otiose ambitu, modò ante solis ortum, modò post ejus occasum splendens, nunquam ab eo viginti duabus partibus remotior. Novissima luna viginti septem diebus, & quatuor horis signiferum conficit. *Interrog.* Quare autè dixisti cum & diverso ordine computantes? Quia hæc erat stultitia gentium, falsi ratiocinatione subnixæ, qui quasi jure primam diem soli, quia maximum est luminare. Secundam lunæ, quia secundum luminare se consecrari putabant. Desinordinata alternatione à tertia diei primam à sole stellam, quartam primam à luna, quintam secundam à sole, sextam secundam à luna, septimam tertiam à sole præponebant. *Interrog.* Hebdomada apud Græcos & Romanos quomodo peragitur? *Respon.* Septem dierum cursu. *Interrog.* Apud Hebræos quomodo? *Respon.* Septem annorum cursu peragitur. Declarat autem hoc Daniel de septuaginta hebdomadibus. *Interrog.* Quot feriis constat hebdomada? *Respon.* Septem scilicet. *Interrog.* FERIA unde dicta est? *Respon.* FERIA à fando dicta, quasi feria, eo quod in creatione mundi, Deus fiat, dixit per singulos dies. *Interrog.* Quis primus ferias habere edocuit? *Respon.* Sylvester Papa clericum ferias habere instituit, cui Deo soli vacanti nunquam militiam, vel negotiationem liceat exercere mundanam, dicente Palmographo, Vacate & videte, quod ego sum. Et prima quidem die, quia & lux in principio facta est, & Christi resurrectio celebrata, dominicam nuncupavit. Quod illi nomen primis Ecclesie temporibus fuisse inditum, testatur Joannes, qui dicit in Apocalypsi, Fui in spiritu in die Dominico. Deinde secundam feriam, tertiam & quartam & quintam & sextam de suo denectens. Sabbatum ex veteri scriptura retinuit, nihil veritus grammaticorum ferulas, qui sicut Calendas, Nonas, & Idus, ita etiam & ferias plurali tantum numero proferendas esse decurrunt.

De Mensibus VI. Interrogatio.

Unde dicti sunt menses? *Respon.* menses dicti à mensura, quia quæque eorum mensuratur. Sed melius à luna, quæ Græco sermone mene vocatur. Unde apud eos mense,

se, menses appellantur. Quam Hebræa quoque lingua etymologiam servare videtur. In eo quod Jesus filius Syrach, qui itaque hebræicè scripsit loquens ait, mensis secundum nomen est ejus. *Interrog.* Quomodo antiqui suos menses computabant? *Respon.* Antiqui, menses suos non à solis, sed à lunæ cursu computare solebant, unde quoties in scriptura sacra, sive in lege servante legem, quota die mensis quid factum dictumve sit, indicatur, non aliud, quam lunæ ætas significatur. A qua semper Hebræi, quibus credita sunt eloquia Dei, antiquo Patrum more menses observare non cessant. Primum mensem novorum, qui paschæ ceremonijs sacratu est Nisan appellat. qui propter multivagum lunæ discursum, nunc in martium mensem, nunc incidit in Aprilem, nunc aliquot dies maij mensis occupat. Sed rectius Aprilis deputatur, quia semper in ipso vel incipit vel finit, vel totus includitur. Ea dumtaxat regula observata, ut quæ quindecima post æquinoctium luna extiterit, primum sequentis anni mensem faciat, quæ verò ante, novissimum præcedentis. Sic per ordinem duodecim menses lunares computant, quos propter lunæ circulum, qui vigintinovem diebus, semis stat tricenis, unde tricenis que diebus alternantes. Secundo demum vel tertio anno exacto, mensem superfluum, qui ex annuis undecim epactarum diebus confici solet, intercalent chorus & prætexatus hanc esse causam dixerunt.

De mensibus Romanorum. VII.
Interrogatio.

Quare tam diversæ longitudines habeantur? *Respon.* Romulus cum ingenio acuti sed agresti, statum proprie ordinaret imperij, initium mensis ex illo sumebat die, quo novam lunam contigisset videri. Quia non continuo evenit, ut eo die imper appareat, sed modò tardius modò celerius ex certis causis videri solet. Contigit ut cum tardius apparuit, præcedenti mensi plures dies, ac cum celerius, pauciores darentur, & singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primi casus adduxit, sicque factum est, ut alij triginta, alij triginta unum, fortirentur dies. *Interrog.* Quomodo menses suos vocavit? *Respon.* Primum mensem Romulus Marti, cuius se filium esse voluit, dicavit. Eo quod eo mense conficit Junonem, Martem peperisse in Phrygia. Quem mensem anni principium aliquando fuisse, vel ex hoc maxime probatur, quia ex eo septimus, octavus, nonus & decimus inditum antiquitus à numero nomenque hodie appellant. Secundum mensem appellavit Aprilem quasi aperilem. In eo quod in illo remotis nubibus pruinis ac tempestatibus hibernis cælam, terra, & mare, nautis, agricolis & horoscopis aperitur. Arbores quoque & herbæ in germinem, sed & animalia quoque in prolem se aperire incipiunt. Majum tertium, quartum Junium posuit majorum ac Juniorum, in quos divisit populum, ut altera pars armis, altera consilio republicam tueretur. Contendunt alij Majum mercurij matrem majonem dedisse. Hinc maxime probantes, quia hoc mense mercatores omnes majæ mercurioque pariter sacrificabant. Junius mensis aut ut ex parte populi (ut diximus) nominatur, aut ut Cingius arbitrat, Junonius apud latinos antea vocabatur, & hæc appellatio mensis apud majores diu permansit, sed detritis quibusdam postea literis, ex Iunonio dictus est Junius. Nam & ædes Junoni monetæ Calendis Junijs dicatæ sunt. Iulius mensis Quintilis, quod à numero sumpterat, etiam post præpositos martio duos menses servavit. Sed post in honorem Julij Cæsaris Iulius vocatus est mensis. Quartum idus Quintilis procreatus sit. Augustus mensis, Sextilis antea vocabatur, donec honor Augusti daretur ex senatus consulto. Eo quod ipse die primo hujus mensis, Antonium & Cleopatram superaverat, & imperium Populi Romani firmaverat. Septem ber mensis, October, November, & December, principalem sui retinent appellationem, significantes nomine quoti à veno mense, id est Martio; vel quia imbres in eis immineant. Hæc Romuli fuit annua ordinata dimensio, qui annum decem mensium, dierum verò trecentorum & quatuor,

habent

habendum esse constituit, mensesque ita disposuit, ut quatuor ex his, Martius, Majus, Quintilis, October tricenos singulos, sex vero reliqui tricenos habent dies, qui hodie quintanas habent nonas, ceteri septimanas autem habentibus ab idibus revertentur calendæ ad diem decimum-septimum, verum habentibus quintanas ad decimum octavum remeabat initium calendarum. Sed cum hic numerus, neque solis cursui, neque rationibus lunæ conveniret, nonnunquam usu veniebat ut frigus anni æstivis mensibus, & ejus calor hyemalibus proveniret. Quod ubi contigisset tantum dierum sine ullo mensis nomine patebantur absumi, quantum ad id anni tempus adduceret, qui cæli habitus instanti mense aptus inveniretur. *Interrog.* Quis postea augmentum anni addidit? *Respon.* Numa sextus, quinquaginta dies addidit, ut in trecentis quinquaginta quatuor diebus, quibus duodecim menses lunæ cursus confici crederet, annus extenderetur: atque quinquaginta diebus à se additis, alios sex retractus illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, id est de singulis singulos, factusque quinquaginta, & sex dies in duos novos menses, pari ratione divisit: de duobus priorem Januarii nuncupavit, primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis diem mensis respicientem transacti finem futuri principia. Quidam autem Januarii nuncupatum, ex eo quod limes & janua sit anni. Secundum mensis Numa dicavit Februo, id est Plutoni, qui lustrationum parens esse credebatur. Lustratione eo mense civitatem necesse erat. Quam consuetudinem modo versa vice in melius, Christiana religio eodem mensis die servat. Univerfa plebs sacra ministeria beatae Mariæ offerentes modula, cum sacerdotibus ministrisque cereos in manibus ardentem gestant. Paulò post Numa in honorem imparis numeri unum adjecit diem, quem Januarii dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis, præter unum Februarii impar numerus servaretur, quasi inferus, & diminutioni impar numerus conveniret. *Interrog.* Quis primus Latinorum ad numerum solis annum instituit? *Respon.* Cæsar Julius Cæsar, imitatus Ægyptios ad numerum solis annum, sicut hodie servatur, instituit. Decem videlicet dies observationi veteri superadjiciens, ut annum trecentis sexaginta quinque dies, quibus ipse zodiacum lustrat, efficerent. *Interrog.* Quis primus eorum quadrantem anno imposuit, vel qui bissexti nomen dedit? *Respon.* Ipse prædictus Cæsar ne quadrans deesset, statuit, ut quarto anno sacerdotes qui curabant, mensibus ac diebus unum intercalarent diem. Eo scilicet mense ac loco, quo & apud veteres mensis intercalabatur, id est ante quinque ultimos mensis Februarii dies, idque bissextum censuit nominandum. Omni autem intercalationi mensis Februarii deputatus est, quomodo si ultimus anni erat, quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. Nam illi ultimo anni sui mense superfluous intersebant dies. Verum una re à Græcis differrebant. Nam illi confecto ultimo mense, Romani in confecto Februarii, sed per vigesimum & tertium diem ejus intercalabant, terminalibus scilicet jam peractis, deinde reliquos Februarii mensis, qui erat quintus post intercalationem subjungebant. Credo veteri religioni suo more, ut Februarii omnino Martius sequeretur. *Interrog.* Quare sexto Calendas Martii intercalatur? *Respon.* Ob hoc autem bissexti diem in mense Februario placuit intercalare Romanis, quia hic brevior cæteris, & extremus anni mensis erat. Verum ideo nondum expleto eo, quemadmodum Ægyptii & Græci de cursu totius circulo facere volebant, ne omnino decisa sua lege veteri initium Martii mensis à Februarii fine se jungerent, ideo non sextum Calendarum Martiarum diem, quia Deum Terminum colentes, Terminalia sacra, quæ vigesimotertio mensis ejusdem die semel instituerat, in aliam diem mutare prorsus non dubitabant. Sed his ritè celebratis unum quadrantis diem interponebant.

Interrogatio.

De Calendis, Nonis, & Idibus, rogo ut edissera nobis.

VIII. Responsio.

PRISCIS temporibus pontifici minori hæc providentia delegebatur, ut novæ lunæ primum observaret aspectum, visumque regi sacrificulo nunciaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est vocata, in Capitolium plebe juxta curiam Calabram, quæ cæsar Romuli proxima est, quot numero dies à calendis ad nonas superessent pronunciabat, & quintanas quidem dicto quinquies verbo calo, septimanas repetito, septies prædicabat. *Interrog.* Verbum calo quid interpretatur? *Respon.* Verbum calo Græcè, in Latinum sonat voco. Et hunc diem, qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit calendas vocari. Hinc & ipsi curiæ ad quam vocabant, calabrum nomen datum, & classi quod omnis in eam vocaretur populus. Ideo autem omnis pontifex numerum dierum, qui ad nonas superessent calando prædebat. Quia post nonam lunam oportebat nonarum die populares, qui in agris essent, confluere in urbem, accepturos causas fetiarum à rege sacrorum, scituosque quid esset eo mense faciendum. Unde quidam hinc exitumant dictas quasi novæ initium observationis, vel quia ab eo die semper ad idus novem dies putarentur. *Interrog.* Idus unde dictæ sunt? *Respon.* Porro idus vocari placuit diem qui divisit mensem. Iduare enim & rustica lingua dividere est, unde vidua quasi valde divisa. Nonnullis placet idus dictas vocabulo Græco à specie, quia apud illos idea vocatur, quod ea die plenam speciem demonstrat. *Interrog.* Quando in scriptura sancta Calendas legimus, quomodo intelligendum est? *Respon.* Quoties in scriptura sacra Calendas legimus, nihil aliud intelligendum est quam ortum novum lunæ. Juxta illud, numerum in calendis hic, id est in mensium exordiis offeretis holocausta Domino. Quia nimirum Hebræi non alia mensium exordia quam novilunia norunt. Sed & Græci & Ægyptii nullam in suis mensibus Calendarum, Nonarum, Iduum distinctionem observant. Verum ab incipiente cuique mensis exordio, usque ad terminum ejus, crescente simpliciter & inerrabiliter, dierum currentium ordine computando perveniunt, quorum Ægyptii quarto Calendas Septemb. Græci autem à Calendis Decembris suum inchoant annum: Calendæ vocaciones, nona nova observatio, idus divisio interpretatur.

De quatuor temporibus anni,

IX. Interrogatio.

QUOT sunt tempora anni? *Respon.* Quatuor, quibus sol per tempora anni, cæli spatia discurrendo subiectum temperat orbem. *Interrog.* Quomodo orbem temperat? *Respon.* Hyems autem utputa longius sole remoto frigidus est & humidus. Ver illo super terras redeunte humidum & calidum. Æstas illo desuper fervente calida & sicca. Autumnus illo ad inferiora decedente siccus & frigidus. His igitur amplexantibus se invicem, cuncta orbis spatia quæ circa se moderantur, fiunt. *Interrog.* Quot sunt elementa principalia? *Respon.* Quatuor. *Interrog.* Qualiter distinguuntur? *Respon.* Prima, terra namque sicca & frigida. Secunda, aqua frigida & humida. Tertia, aer humidus & calidus. Quarta ignis calidus & siccus. Ideoque hæc autumnus, illa hyemi, iste veri, ille comparatur æstati. *Interrog.* Quomodo hæc tempora inchoant? *Respon.* Non à principis mensium inchoantur, sed à mediis. Sed & diversi diverse ponunt. Ildorus autem Hispanensis Episcopus, hyemem nono Calend. Decembr. Ver octavo Calend. Martii. Æstatem octavo Calend. Junii. Autumnum decimo Calend. Septembris dixit exortum. Græci autem & Romani, quorum in hujuscemodi disciplinis potius quam Hispanorū auctoritas sequi consuevit, Hyemem octavum Iduum Novemb. Ver septimum iduum Februarii. Æstatem septimum iduum Maii. Autumnum septimum iduum Augusti inchoare decernunt. Hyemis videlicet & æstatis

initia vespertino vel matutino, vergiliarum ortu occasu- que signantes. Item veris & autumni cum Plejades medio ferè die vel nocte oriuntur & occidunt, ponentes ingres- sum. Denique in libris cosmographicorum authenticis ac nobilissimis, ita eadem tempora ad lineam distinctam reperimus, adnotato & ortu vergiliarum, septimo Iduum Maij, occasu quoque earundem, septimo Iduum Novemb. Et Plinius secundus in libro suo, naturalis historię eodem modo distinguenda indicavit. *Interrog.* Quare his nomi- nibus hæc quatuor tempora vocentur? *Respon.* Ver au- tem vocatur sic, quia in eo cuncta venient, id est virefcunt. Æstas, ab æstu, in eo maturandis fructibus datur. Autum- nus de autumnatione fructuum, qui in eo colliguntur. Porro hyems, à doctoribus, frigus vel sterilitas dicitur.

De æquinoctio verno.
X. Interrogatio.

DE æquinoctio vernali, quod caput esse quatuor mu- tationum annualium, mundi origo docet, ut brevi- ter edisseras rogo. *Respon.* Regula tenet Ecclesiasticæ ob- servationis, à Nicæno confirmata concilio, ut Paschæ dies ab undecimo Aprilis, usque in septimum kalend. Maij inquiratur. Item Catholice institutionis regula præcipit, ut ante vernalis æquinoctii transgressum Pascha celebretur. Qui ergo octavo kalend. Aprilis die deputat æqui- noctium, necesse est idem aut ante æquinoctium Pascha celebrari, licitum neget. Ipsum quoque Pascha Dominus pridie quam pateretur cum discipulis fecit. Aut octavo kalendarum Aprilium, non fuisse, aut ante æquinoctium fuisse confirmet. Non autem nostri tantum temporis, sed etiam legalis & Mosaica decernit institutio. Non ante transcentum huius æquinoctii diem festi Paschalis esse ce- lebrandum, sicut Anatolio attestante evidenter docet, & Josephus, sicut & eorum antiquiores Agathobulus & Pana- jada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant à Pontificibus ad Ptolemæum regem Hebræorum libros interpretaturi in Græcum sermonem, qui que mul- ta ex traditionibus Moysis proponenti regi atque per- cunctanti responderunt. Ipsi ergo cum quaestiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolan- dum, ni hoc æquinoctium veniale transiret. Unde nos necesse est observandam veritatis regulam dicamus apertè, & Pascha ante æquinoctium tenebrasque devictas non immolandum, & hoc æquinoctium duodecimo kalenda- rum Aprilium die ascribendum. Sicut non solum aucto- ritate paterna, sed & herologica consideratione docemur. Sed & cætera tria tempora in huiusmodi confinia, simili ratione aliquot ante octavam kalendarum sequentium esse notanda.

De annis.
XI. Interrogatio.

Unde dicitur est annus? *Respon.* Annus ab innovando cuncta quæ naturali ordine transierant, vel à circuitu temporis nomen accepit. Quia veteres annum pro cir- cum, ponere solebant, ut Cato dicit in Originalibus ora- torum. Annum terminum, id est, circum terminum, & ambire dicitur pro circumire. *Interrog.* Quot modis di- cuntur anni? *Respon.* Est autem annus lunaris, est & so- laris, est & errantium discretus stellarum, est & omnium planetarum unus, quem magnum specialiter nuncupant. *Interrog.* Lunaris annus quot modis accipitur? *Respon.* Qua- drifariè. Primus namque cum luna viginti septem diebus & octo horis zodiacum percutrens, ad signum ex quo egressa est revertitur. Secundus, duobus diebus & qua- tuor horis prolixior, qui confusè mensis appellatur, cum solem à quo nova digressa est, viginti novem diebus, & duodecim horis exactis, iam defecta reperit. Tertius qui duodecim mensibus huiusmodi, id est, trecentis quinquaginta quatuor diebus expletur, & vocatur communis, eo quod duo sæpissimè tales pariter currant. Quartus, qui embolismus Græce dicitur, id est, superaugmentum, &

habet tredecim menses, id est, dies trecentos triginta qua- tuor. Qui uterque apud Hebræos à principio mensis Pa- schalis incipit, ibidemque finitur. Apud verò Romanos ab incipiente luna mensis Januarii sumit initium, ibique terminatur. *Interrog.* De solari anno quomodo dicitis? *Respon.* Solaris annus est cum ad eadem loca syderum rediit, peractis trecentis sexagintaquinque diebus, & sex horis, id est quadrante totius diei. Quæ pars quater ducta, cogit inter unum diem quem Romani bissextum vocant, ut ad eundem circuitum redeatur. Quartus solaris gyri annus, bissextilis, cæteris tribus uno prolixior, à quo confecto sol ad cuncta signorum loca eisdem diem noctiumque, quibus ante quadriennium revertitur horis. Annus erran- tium stellarum est, quod illarum quoque zodiaci ambi- tum lustrat. Annus magnus est, cum omnia simul errantia sydera, ad sua quæque loca sibi habere recurrant, id est, quingentis triginta duobus annis expletis. *Interrog.* An- num civilem, id est solarem, ubi Hebræi, Græci, Ægyptii, Romanique incipiunt? *Respon.* Hebræi ab æquinoctio verno, Græci à Solstitio, Ægyptii ab Autumnno, Romani incipiunt à bruma.

De signifero circulo, & solis lunæ, cursu. XII.

Zodiacus circulus constat ex duodecim signis, per quem septem sydera errantia currunt, id est Sol, Lu- na, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, Saturnus. Quæ qui- dem signa simul habent partes trecentas sexaginta, singu- latim verò triginta. Partes autem zodiaci quotidianos solis in celo debemus sentire progressus. Signa tanta sunt magnitudinis, ut non minore quàm duarum spacia hora- rum, vel oritur, vel occidit, vel de loco possit moveri. Singulis tricenas partes, ob tricenas dies, quibus à sole lustrantur, ascribuntur decem & semis horæ, plus sunt quàm plenam partem viginti quatuor horarum, non reddunt si- mul, & computari negliguntur. Attamen & ipsæ duode- cies circumactæ, ubi dies quinque, & quadrantem con- summa verint. Jam quantum ad tricenas partes addiderint, patebit, completusque solis annus non trecentis solum, & quadraginta diebus, sed additis quinque diebus, & quadra- ginta perficitur. Unde signifer est, trecentis quidem sexa- gintaquinque partibus latus. Harum duas medias sol & luna omnes pervagari consuevit. Sol trecentis sexaginta- quinque diebus & sex horis zodiaci ambitum, luna vigin- ti septem diebus & octo horis lustrat. Singula autem si- gna sol triginta diebus, & denis horis ac femisse. Luna au- tem in binis diebus & semis horis ac besse unius horæ per- labitur. Si quæris quid besse significet, tanto minus abesse ab integra hora, quanto octava ab duodecima, decima à decima quinta, vigesima à trigesima. Tertia parte subtra- cta, quoties duæ solæ remanent, ipsæ duæ partes besse, ter- tia trices nuncupatur. Errant ergo qui lunam tricenis die- bus tantum spaciæ cælestis, quantum trecentis sexaginta solem percurrere dicunt. Cum manifestè veritas prodit quæ suprâ perstrinximus: lunam viginti septem diebus, & tertia diei parte constat conficere solem: & quantum spa- tii in uno suo mense lunam, tantum in tredecim sol sui ex- cedere circuitum.

De Bissexto XIII.
Interrogatio.

Sunt nonnulli qui facilitate computandi absque labore comprehendant, quanta bissexti crescentis particula per singulos annos, vel menses, vel etiam septimanas & dies incessanter adimpleatur: nec tamen dicere noverint, qualiter eadem particula crescit, vel quæ sit causa, quæve ratio cremenit ipsius, quidve naceretur erroris infestis, si non ipse dies bissexti suo iuxta morem necessarium inter- calaretur in ordine, hæc omnia per rationem declara. *Respon.* Bissextus, ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur. Quadrantem namq; solent appellare quartam partem cuiuslibet rei. Verbi gratia pecuniæ, temporis, loci, & ideo quarta pars diei, qui viginti quatuor horis cum sua nocte completur, id est horæ sex, quadrans consue-

vocatur.

vocatur. Quadrantis autem huius, quæ per quadriennium in diem integrum colligendi, & suo loco intercalandi est ratio. Quod sol annum cæli ambitum, id est duodecim signa circuli zodiaci notissima, non in trecentis sexagintaquinque diebus, sed superadditis sex horis adimplere cognoscitur. Unde fit, ut si verbi gratia nunc æquinoctialem cæli locum mane oriens intraverit in hunc, anno sequenti meridie, tertio vespere, quarto media nocte, quinto rursus in exordio diei, ut puta completo diei totius circuitu recurat. Sicque necessario diem superfluum admoveat ubi libet interponendum, quem Ægyptii anno suo solenniter expleto, id est quarto Calendarum Septembrium, Romani autem sexto Calendarum Martiarum die, unde & bissextum vocant intercalare consueverunt. Quod si quis calculatorum faceret trecentis solium, ac sexagintaquinque diebus omnes se annos agere debere putaverint, magnum sibi mox inveniet annui circuitus occurrere dispendium, ita ut post aliquot annorum vitientium curricula æstivis mensibus vernum tempus, vernis brumale, brumalibus autumnale, autumnalibus æstivum se offendisse perverfus computator horrescat. Si cui sane quod de signifero & cæli ambitu paucis diximus, forte habentur incognita, huic vulgari & fortassis compendiosiori & manifestiori ratione satisfacere curavimus, ut qui cæli signis pueri in schola non didicit, saltem horologii lineis in terra quæ necessaria querit apprehendat. Et hic ergo sciat, solem morulis suis & tarditate quotidiana quadrantis huius anni, disponente opere creatoris esse ministrum: quem diligentior inquisitio declarat, non ad eandem horologii lineam per trecentos sexagintaquinque dies posse reduci: sed si verbi gratia presenti anno in æquinoctio vernali, quod juxta Ægyptios qui calculatorum tenent palmam, duodecimo Calendarum Aprilium die solet evenire à medio orientis, sunt ex eodem die post annum aliquanto inferius oriri, & tertio, quarto, quinto anno eandem diminutionem in tantum numerali sui cursus augeri temperantia, ut nisi dies bissextus, ante trecentos juxta morem intercalaretur, jam duodecimo Calendarum Aprilium die facturus æquinoctium à medio surgat orientis, eandem nihilominus tarditatis suæ constantiam, in cæteris quoque per totum annum servaturus exortibus simul & occalibus.

*De mensura crementi. XIV.
Interrogatio.*

Bissextis edificere cupio. *Respon.* Dicimus quadrantem diei, id est, sex horas post annum ad crescere horam, per duos menses solis naturales, id est dies triginta & horas decem, dimidium horæ per unum mensem. Porro quartam partem horæ unius, id est punctum unum per dimidium mensem. *Interrog.* Ubi crementa vel detrimenta solis & lunæ, secundum rationem nature anno inferi debent? *Respon.* Nature ratio crementa, vel detrimenta solis & lunæ locis æquinoctialibus, ubi primò creata sunt initiari, vel finiri deponit, solis quidem verni, lunæ verò in autumnalis loco æquinoctii, sed diversi locis in diversis saltum ponere procurabant; nam Anatolius, in æquinoctio & decimoquarto sui decennovennalis anno circulus de octavo in viginti posuit. At contra Victorius, tertio ante finem Ogdoadis anno inferendum censuit Calendarum Januarii, de quarto in decimosexto, addidit. Porro Ægyptii, in quorum sententia nunc Catholica convenit Ecclesia, primo anno decennovennali circuli adfigunt, in loco undecimo Calendarum Aprilis de octavodecima in nullam computantes. Sciendum est autem ubicunque additus fuerit, ibi tres pariter menses undecimorum computari dierum.

Interrogatio.

*De saltu lunæ, & plenius edificere cupio. XV.
Responso.*

DE saltu lunæ verisimile apparet, quod eum citior quam vulgo putatur lunaris incensionis locus & ho-

ra præcurret. Nam quomodo fieri posset, ut per annos denos & novenos, unum necesse esset solito dierum numero afferri, si non hæc velocitas aliqua lunaris gyri, paulatim toto circuli decennovennalis tempore procuraret? quomodo ejus tarditate cursus solaris agi probatum est, ut unus per quadriennium ejus cursus augeatur dies. Hujus autem velocitatis, & (ut ita dicam) anticipationis, tametsi ordo non facile patet, mensura nequaquam latet. Constat enim, quia diminutio illa atque ablatio diei unius, quæ quomodo agitur per denos & novenos annos tota conficitur, hora per singulos annos & uno puncto, & decimona parte unius momenti augetur. Dies namque viginti quatuor horas habet, & quibus cum novemdecim, totidem annis circuli decennovennalis distribueris, remanent quinque. Has multiplica per quatuor, quia videlicet hora quatuor punctis constat, sunt viginti. Da singulis singulis annis, & remanet unus. Hunc divide per decemnovem, & videbis quod ad saltum lunæ complendum, ut diximus, annuatim hora & punctus, & decimona pars unius puncti adcrevit. Non ergo unis eisdemque vel articulis temporum, vel cæli climatibus lunæ celebratur ascensio, sed semper aliquanto citius quam præcedente mense provenerat, ut fit unde unus anno decimono transiliatur dies.

De Cyclo decennovennali. XVI.

Cyclo decennovennalem propter quatuordecim lunas paschales Nicæna Synodus instituit. Eo quod ad eundem anni solaris diem unaquaque luna per decemnovem annos ducentos trigintaquinque, circum acta vicibus inerrabili cursu redeat. Cujus cycli ordinem primum Eusebius Cæsariæ Palæstinae Episcopus composuit. Qui dividitur in Ogdoadas & Hendecadas, hoc est in octo & undecim annos. Octo enim anni lunares, totidem solares, duobus tantum diebus transcendunt. Quorum alter ad explementum occurrit hendecadis, alter ratione saltus absumitur. Alioquin hendecades solares uno die transcederet lunarem, licet quidam violenter hos dies ex bissextis octo annorum suppleve nitantur. Cum bissextus solet in mense Februarii soli superfluis, & lunæ futuro tempore nihil præjudicare, & ipsi nullum Hendecadi bissextum addant. Ut ergo apertius dicam, duæ lunæ dies qui superflui in Ogdoade, duos qui defunt in Hendecade complebunt.

Habet enim octo asolares dies exceptis bissextis duo millia noningenti viginti.

Lunaris verò dies duo millia nonaginta viginti duo.

Hendecas solis habet quatuor millia quindecim.

Lunæ autem, quatuor millia tredecim dies.

Octo asolis, habet menses nonaginta sex.

Lunæ autem nonagintanovem.

Hendecas verò solis habet menses centum triginta duo.

Lunæ autem centum triginta sex.

Et habet cyclos decennovennales, menses solares ducentos viginti octo.

Lunares ducentos trigintaquinque dies.

Exceptis bissextis utriusque lyderis, sex millia milliarum noningenta trigintaquinque.

De continentia decennovennali. XVII.

Cyclo decennovennales octo lineis est ordinatus. Prima ejus linea, temporum seriem continet. Quem Græci ab annis Diocletiani persecutoris, calculare decreverunt. Sed Dionysius secundus Abbas Romanus, utriusque linguæ peritus, Græcè & Latine cyclos scribens paschales, noluit eos ab impii principis annis computare. Sed magis eligens ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum seriem prænotare, unius singulis annis augmento in majus proficientes propter noticiam exordii spei nostre, & causam reparationis humanæ: id est ut passio seu resurrectio Domini facilius inveniretur. Sed quia lunaris circulus decennovennalis est. Solaris autem vigin-

tioſto conficitur annis. Multiplicatis per ſe invicem ambobus ſumma quingentorum vigintiduum colligitur annorum. Qua tandem replicata totus ſolaris lunariſque curſus ordo in ſua veſtigia per ſe revolvitur. Eundem decennovennalis lunariſque circuli annum, eaſdem epaſtas luna, ſolis quoque dies concurrentes, eandem decimamquartam lunam, eundem dominicæ Paſchæ diem, ac lunam pluſ ex ordine reſtituens: unde ſecundo anno circuli, quem primum Dionyſius ſcripſit, quingentimus trigemus tertius ab incarnatione Domini cõpletus eſt annus, ipſe eſt nimirum juxta concuſus ſyderũ, ille in quo incarnari dignatus. Quia hic ſecundus annus cycli decennovennalis decemoto circuli lunariſ undecim habens epaſtas, quinque concurrentes ſeptimana dies, lunam paſchæ quatuordecimam, octavo Calend. Aprilis, omnia tunc ſũere ſimilia. Etſi eſſet qui tunc paſcha, more nunc eccleſiis uſitato die Dominica. Ipſa nimirum dies quomodo hic adnotandum eſt ſexto Calend. Aprilis veniret, ac lunam haberet ſextamdecimam. His igitur ita ſe habentibus annum paſſionis Domini quærentibus nota vita eſt. Habet enim ni fallor Eccleſia fides in carne, paulo pluſquam triginta & tres annos, uſque ad ſua tempora paſſionis viſiſſe. Quia videlicet cum triginta annorum fuiſſet, baptizatus eſt ſicut Evangeliſta Lucas reſtat. Et tres ſemis annos poſt baptiſmum prædicaverit, ſicut Joannes in Evangelio ſuo, non ſolum commemoratio redeuntis paſchæ tempore perdocet, ſed & idem in Apocalypſi ſua, Daniel quoque in ſuis viſionibus prophetice designat, ſancta ſiquidem Romana & Apoſtolica tenet Eccleſia. Quomodo igitur ut ſuprà memoravimus, quingentis triginta duobus annis, paſchalis circulus circumagitur. His adde triginta tres, vel potius trigintaquatuor, ut illum ipſum quo paſſus eſt Dominus, attingere poſſis annum, ſunt quingenta ſexaginta ſex. Ipſe eſt ergo annus Dominicæ paſſionis & reſurrectionis à mortuis: quia ſicut quingenta triginta tres, primo, ita quingentimum ſexageſimum, & trigefimoquarto per univerſos ſolis & lunæ concordat diſcurſus. Et ideo circulus beati Dionyſii apertis, ſi quingentimum ſexageſimum ſextum ab incarnatione Domini contingens annum, decimamquartam lunam in eo nono Calend. Aprilium fieri reperies: & diem Paſchæ dominicum, ſexto Calend. Aprilis lunam decimamſeptimam. Nam quod Dominus decimaquinta luna feria ſexta, crucem aſcenderit, & una ſabbatorum, id eſt die Dominica reſurrexit à mortuis, nulli licet dubitare Catholico, negligique annum paſchalem decimoquarto die primi mentis ad veſperam immolari, præcepit pariter cum evangelio quod Dominum eadem veſpera tantum à Judæis, & mane ſexta feria crucifixum ac ſepultum, prima ſabbati reſurrexiſſe, perhibere videatur.

Secundus ordo circuli decennovennalis complectitur indiſtiones quindecim annorum circuitu, in ſua ſemper veſtigia reducens. Quas antiqua Romanorum induſtria comperimus, ad cavendum errorem qui de temporibus forte obotiri poterat, inſtitutas. Dum enim verbi gratia, quilibet imperator medii anni tempore vita vel regno decederet, poterat evenire, ut eundem annum unus hiſtoricus ejuſdem regis adſcriberet temporibus, eo quod ejuſ pattem regnaret. Alter verò hiſtoricus eundem ſucceſſori illius potius ad titulandum putaret, eo quod & hic partem aque ejuſ haberet id regno. Verum ne per hujſcemodi diſſonantiam error temporibus inoleſceret, ſtatuerunt indiſtiones, quibus uterque ſcriptor, immò etiam vulgus omni tempore curſum facillimè conſervaret. Quia pro facilitate quoque calculandi quindecim eſſe voluerunt, ut planiſſimo numero, & ad multiplicandum promptiſſimo compendioliſſimo tranſacti temporis ſtatus in memoriam poſſet reduci. Incipiunt autem indiſtiones ab octavo Calend. Octob. & ibi terminatur.

Tertia præſati circuli linea continet epaſtas lunares, quæ ad curſum ſolis annuatim undenis diebus accreſcere ſolent. Inde epaſta Græco vocabulo. Item adjeſtiones dictæ, quæ per annos ſingulos undecim dierum, ut diximus accumulenter augmento. Vel certè quæ ad invenien-

das quoræ ſunt lunas, calendarum duodecimo, & per totum adjeſtione annuum, ut epaſta jure, id eſt, adjeſtiones vocantur. Et quidem per totum anni vententis orbem, ſuos quoque dies habet adjeſtiones lunares undecim. Nam verbi gratia ſi hodie cum ſcribo, quinta eſt luna ipſa iſto die, poſt annum decimumſextum erit luna, & ſic ſemper pro undecim adjeſtioneſ annis ſingulis creſcens uſque ad trigefimam, & quod remanet tota erit luna, nec eadem hæc quæ non eſt priuſquàm decem & novem annorum per actio circulo decennovennale annotatæ ſunt epaſte lunam quoræ ſit in undecimo Calend. Aprilis, ubi paſchalis eſt feſti principium, ſignant hanc præfixam ſui curſus regulam, ſemper obſervantes, ut quoties minorem ſexdecim numerum habent, paſchalem lunam præferat. Quoties autem majorem in ſequentem lunam paſcha quærendum demonſtræ, quarum locus annuale undecimo Calendarum Aprilis.

Quarto decennovennali circuli tramite designantur epaſta ſolis, id eſt concurrentes ſeptem mane dies uniſ ſemper ternos per annos, duorum autem per annum biſſextilem, uſque ad ſeptimum numerum adjeſtione creſcentes. Quarum circulus habet annos quater ſeptenos, id eſt vigintiocto, qui nimirum non ante poteſt conſummarĩ, quàm biſſextus quarto redire ſolet anno, cunctos ſeptem mane dies contingat, Dominicam videlicet primam feriam, quartam feriam, ſecundam feriam, ſabbatum, quintam feriam, tertiam feriam. Hoc etenim ille ordine currit. Cumque ſuas quæque anni dies habet concurrentes, hæc quæ in circulo ſunt adfixæ concurrentes, ſpecialiter quæ ſit novus Calendarum Aprilium feſte designant, videlicet ut propius feſtivitatis paſchalis exordio poſita facillimè diem epaſtarum, vel decimamquartam lunam quoræ ſit, feſte pandant. Ac per hoc ad paſchalis inventionem diei Domini, plantum faciunt iter. Contigit autem eadem concurrentium annua dieſque calculatorem meminſſe juvat, & jam ſecundo Calend. Aprilis, ſeptimo idem Aprilis, decimo octavo Calend. Martiarum, ex undecimo Calend. earundem. Cujus circuli talis eſt curſus, ut quicunque biſſextili anno ſunt, concurrentes ipſi ante quinquennium fuerint. Et poſt ſex annos futuræ ſint quæ primo biſſexto anno ſunt eadè, & ante annos undecim tranſierint, & poſt ſex redeo, quæ ſecundo poſt biſſextum eadè, & ante ſex annos ierint, & poſt undecim remanent, quæ tres poſt biſſextum ipſe, & ante ſex annos præterierint, & poſt ſ. revertantur. Et huius ordo diſcretionis, cunctos annorum vententium complectitur dies. Meminiſſe omnis calculator debet, eaſdem concurrentes ſolis trigefimo ab hinc anno quas ex proximo ſecuturus eaſdem ſexaginta, quas & quatuor eaſdem nonaginta, quas & ſex eaſdem centum viginti, quas & octo eaſdem centum quinquaginta, quas & decem & cæteras in hunc modum eſſe reddituras. Quocunque numero annorum tranſacto concurrentes ſcire deſideras, eundem numerum vides quoties habeat triginta, & trigefima parte geminata, concordiam vententium cognoviſſis annorum. Verbi gratia trecenti decies habent triginta. Et propterea eadem concurrentes, trecentefimo anno quæ viginti ſunt futuræ, ſi quid reſidui fuerit & hoc adjeſcis. Eodem modo etiam in præterita concurrentiam ordo reſpicit. Item quia circulus lunariſ decennovennalis præſentis anni epaſta vigefimo anno redeunt, ſequentis ab hinc quadageſimo tertii, ſexageſimo quarti, octuagefimo quinti, centefimo ſexti, centefimo vigefimo ſeptimi, centefimo quadageſimo octavi, centefimo ſexageſimo noni, centefimo octageſimo decimi anno, & cætera ſimiliter. Quod & de luna quattodecima paſchæ cæteriſque quæ decennovennali circulo includuntur, æque ſciendum eſt, poterit diligens calculator etiam proxiores ſibi temporum ſequentium annotare recurſus, quibus ſemper meminerit etiam præteriti avi congruere ſtatim.

Quinta circuli decennovennalis regione lunariſ circulus includitur, à quarto ejuſ incipiens, & tertio complexus in anno qui proprie Romanorum, & eſt ad menſem Januarium pertinens. Nam ſicut annus quique decennovennalis circuli propter legalem Hebræorum obſervatio-

nem à paschali mense inchoat ibidemque finitur: Ita & hic Romanorum institutione à luna Januarii inchoat atque ibi definit. Sicut & ille, sic & iste primum & secundum communes annos, tertium habet Embolismum, quartum & quintum communes, sextum Embolismum, septimum communem, octavum Embolismum. Hendecas quoque circuli lunaris instar decennovennalis, septem annos communes, & quatuor habet Embolismos. Et habet communes anni menses lunares duodecim, dies trecentos quinquaginta quatuor. Embolismi autem menses tredecim, dies trecentum octoginta quatuor. Præter unum duntaxat octodecim cycli hujus annum, qui est decennovennalis primus, in quo unus dies ratione saltus lunaris intercipitur. Si vis scire quomodo sit luna Calendarum Januarii, per novemdecim annos, sume cyclum lunæ quemlibet, ut puta quinquæ. Multiplica per undecim, sunt quinquaginta. Adde unum semper regularem, sicut quinquaginta sex: partire per triginta, remanent viginti sex. vigesima sexta est luna in Calendas Januarias anno quinto cycli decennovennalis. Item sume octo, multiplica per undecim, sunt octoginta octo. Adde unum regularem, & partire per triginta, remanent viginti novem, est luna in Calend. superscriptis, anno cycli lunaris octavo. Tantum memor esto decimifexti, & decimioctavi & decimiononi cycli memorati anni, non unum ut in reliquis, sed duos addere regulares, & lunam Calend. Januarii sine errore reperies.

Sextus cycli locus amplectitur lunas quatuordecim primi mensis, qui paschalis dominici diem singulis annis absque omni ambiguitate demonstrant. Namque post decimam quartam lunam dominica dies occurrit, ipsa est paschalis Dominica resurrectionis dies. Qui quidem decima quarta luna primum in æquinoctio, id est duodecimo Calendarum Aprilium. Ultimum vigesimo nono abhinc die, id est decimo quarto Calendarum Majatum, suum vespere processum teris ostendit. Quibus terminis per annos denos & novenos legali tempore paschalis observantia discursus constat esse comprehensos. Si vis per argumentum decimam quartam lunam invenire, sume epactas lunares anni cuius volueris, & si quidem decimo quarto, vel quindecimo sunt, undecimo vel duodecimo Calendarum Aprilis, die decimo quarto lunam venire cognoscat. Quia nimirum Calendarum superscriptarum proprius est omnium locus epactarum. Sin autem pauciores sunt epactæ, dimittas eos crescere per dies, usque dum decimum quartum impleant numerum, & ibi se lunam paschæ habere non dubiter. Porro plures quindenario numero si habuerit epactas, & has usque ad tricesimum, id est ipsius terminum mensis per dies crescere sinat. Et sic à nova luna inchoans, atque usque ad decimam quartam ex ordine percurrentes diem votis paschalis aptum ritè reperiret. Sed hoc notandum, quod decima quarta luna si communis est annus, undecim diebus prius, si verò Embolismus decimus nonus tardius, quam præcedente anno transferat, semper redire consuevit. Excepto uno duntaxat primo circuli decennovennalis anno, in quo propter rationem saltus lunaris, duodecim diebus annotinum cursum præcurrere solet.

Septimo decennovennalis circuli titulo dies paschæ dominicus comprehenditur, qui de Dominica nostri salvatoris resurrectione à mortuis exordium cepit. Nam cum in veteri testamento tribus argumentorum indicia, Paschæ tempus sit observare præceptum. Prima videlicet ut post æquinoctium. Secunda, ut mense primo. Tertia, ut tertia ejus septimana, id est à vespere decima quarta lunæ quæ est initium decimi quinti, usque in vespere, id est terminum vigesimum primum celebretur. Quarta in ejusdem observatione regula est nobis tempore Dominicæ resurrectionis imposta, ut cum æquinoctio transenso, Lunam primi mensis decimam quartam vespere ortum facere videremus, non statim ad faciendum paschæ, id est transitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam resurgendo facere dignatus est, expectantes in ipso tandem congrua paschæ solennia celebremus. Quod si quis objecerit non æquinoctii memoriam,

sed tantum primi mensis, & tertia in eo septimanæ posuisse Moysen. Sciat quia est æquinoctium nominatum non exprimit, in hoc tantum ipso quod à plenilunio primi mensis paschæ faciendum præcipit, æquinoctii transcendunt, plenaria ratione depromit.

Octava circuli meta panduntur lunæ Dominicæ paschæ, propter variantem ejusdem dominicæ occursum septem dierum ambitu inclusa, id est à decimo quinto usque vigesimum primum, qui pro certo, dies celeberrima legis sint adnotatione præfixi, dicente Domino: Prima mense, decimo quarto die mensis comedetis azyma, usque ad vigesimum primum mensis ad vespeream, septem diebus fermentatum non inveniatur in domibus vestris. Cum primi septem, quæ ejus dierum azymorum nunc regula talis est, ut quæ post æquinoctium quindecima luna occurrerit primi mensis, intelligatur & hoc quemcumque septem dierum, usque ad vigesimum primum dominicam acceperit, paschalis festi gaudiis aptum porrigit. Hoc autem pro certo scire debes, quod si luna decima quarta primi mensis in dominicum incidit diem, omnimodo in septimanam sequentem esse differendum.

De circulo magno syderum. XVIII.

Circulus Paschæ magnus est, qui multiplicato per invicem solati ac lunari cyclo, quingentis & triginta duobus conficitur annis. Sive enim decies novies viceni & octoni. Seu vicies octies deni ac noveni multiplicentur, quingentorum triginta duorum numerum complent. Unde fit ut idem circulus magnus decennovennalis, luna circulus viginti octo, Solis autem qui vicenis octonisque consummari solent annis novemdecim, habeat bis sextumdecies novies septenos, id est centum trigintatres menses solares, vicies octies ducentum viginti octo, id est octo millia ducentos octoginta quatuor.

Menses autem lunares, vicies octies ducentos triginta quinque, id est sex millia quingenta & octoginta dies, exceptis bis sextis vicies octies quinque millia noningenta viginti quinque, id est centum nonaginta quatuor millia, & centum octoginta. Adpositis autem bis sextis centum nonaginta quatuor millia & trecenta tredecim.

Qui ubi memoratum ex ordine mensium dierum, quæ summa compleverit, mox in seipsum revolutus, cuncta quæ ad solis vel lunæ cursum pertinent, eadem quæ præterierant, semper tenere restituit.

Si nosse vis quotus sit annus ab Adam secundum Græcos duntaxat, multiplica quindecim per quadraginta & octodecim, sunt sex millia ducenta & septuaginta. Adde indicationem anni cuius volueris, quem præsentis anni novem esse comprobatur, & sunt centum septuaginta novem.

Si nosse vis quotus sit annus ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, computa quindecies quinquageni, sunt anni septingenti & quinquaginta. His septem adde duodecim regulares, sunt septingenti quinquaginta duo. Adde & indicationem anni cuius volueris, quæ præsentis anni nona esse comprobatur. Fiunt simul anni ab incarnatione Christi septingenti septuaginta unus. Hæc tantum memor esto sollicitus, ut quando quindecima venerit indictio, eandem subsequi primam scias.

Quia verò per unam indicationem hujus calculationis numerus impleri non potest, eodem anno non multiplicabis, ut superius quindecies quinquies, sed quindecies quinquies & asse. Et ita deinceps in subsequentibus annis, usque ad quindecimam indicationem. Quinquaginta & unum per quindecim computa, quibus additis semper septem regulares superscriptas, implebis numerum annorum Domini, & nihil remanet quod per duodecim addere possis, sicut & in aliis indicationibus remanet. Ut in prima indicatione unum, in secunda duo, in tertia tres, vel usque ad decimam quartam: tot remanent de computo superscripto quora fuerit indictio. Hoc argumento invenies annum Domini.

Si vis scire indictionem quora sit, sume annos ab Adam quos habueris, & eos partire per quindecim, quot remaneat, tota est indictio: si nihil remanet, quindecima est.

Item si vis scire quora sit indictio, sume ab incarnatione Domini, id est septingenti septuaginta unus, his semper adijce tres, fiunt septingenti septuaginta quatuor: hæc partire per quindecim, remanent novem, nona est indictio: si nihil remanet, quindecima est.

Si vis scire quora est epacta, sume annos decennovenalis cycli quot fuerint, & de ipsis subtrahe semper unum, & illos multiplica per undecim, & postea partire per triginta, & quot remanent tota est epacta.

Item computa à primo anno decennovenali usque in quem volueris, ut puta in quintum annum, dimitte super unum, remanent quatuor, multiplica per quatuor, undecim annus epactas, & facies quater undeceni, fiunt quadragintaquatuor, hos partire per triginta, remanent quatuordecim, quatuordecima est epacta. In secundo circulo decennovenalis, ita per omnes decem & novem annos sub hac brevitate computabis.

Item partire annos Domini per octodecim, & quot remanent multiplica per undecim. Item partire per triginta, & remanent epacta.

Si nosse vis epactas solis, id est concurrentes dies, sume annos Domini, & eorundem quartam partem adijce: his quoque semper adde quatuor, quia quinque concurrentes fuerunt anno nativitate Domini, hos partire & remanent concurrentes.

Si vis scire quous sit concursus, sume circulum solarum, qui nunc vigesimus octavus esse comprobatur, & quartam ejusdem numeri ipsi adijcias, partire per septem, & quot remanent, totus est concursus in nono Calend. April.

Si nosse vis quous sit circulus Lunæ, sume annos ab Adam, & eos partire per novemdecim annos, & quot remanent, totus est circulus: si nihil remanet, decimus octavus est.

Item sume annos ab incarnatione Domini, quot fuerint, & subtrahe semper duo, & quot remanent, hos partire per novemdecim, & iterum quot remanent, totus est circulus lunæ decennovenalis: si autem remanet, decimus nonus est.

Si vis nosse quous sit annus Cycli decennovenalis, sume annos Domini, & unum adde, quia secundo ejusdem anno natus Christus: partire per novemdecim, & quot remanserit, ipse est annus cycli decennovenalis, & si nihil remanet, octodecimus est.

Si vis scire bissextilem annum, partire annos Domini per quatuor, & quot remanserint, tot sunt anni à bissextis.

Si nosse vis quot puncta unaquæque luna in die luceat secundum Romanos, sume dies à Januario, ut puta in nonas Martias, fiunt septuaginta sex. Vide quous sit cyclus lunæ, ut puta sex, multiplica ipsum circulum lunæ quinquies, fiunt septuaginta quinque. Adde ad dies à Januario, fiunt centum quadraginta unum: deduc sexaginta bis, fiunt centum viginti, remanent sex: ipsæ sunt punctum lunæ ipsius diei quæ lucet, id est horam primam, & punctum unum horæ secundæ.

Si ipsam lunam vis invenire, memento quot habueris in summa, antequam per sexaginta partieris: & quoties deduxisti sexaginta, per asses adijcias ad summam eandem, & iterum multiplicatum circulum lunæ sexies junges ad summam, dividesque per triginta, & lunam diei ejusdem invenies.

Si nosse vis quous sit circulus Solis, sume annos ab Adam, & eos partire per viginti octo, & quot remanent, totus est solaris circulus.

DE DVODECIM SIGNIS Zodiaci, Carmina.

Primus adest Aries obscuro lumine labens,
Proximas inde sequens projecto corpore Taurus,
Sic Gemini fulgent jaculantes orbitibus ignem,
Aestifer est pandens ferventia sycera Cancris,
Hunc subter fulgens serpit via torva Leonis,
Quem rutilo sequitur collucens corpore Virgo,
Exim projecta claro collumine Chela,
Ipsas consequitur lucens via magna Nepai,
Inde Sagittipotens dextro flexum tenet arcum,
Post hunc cornifero Capricornus lumine pergit,
Humidus at lato collu et Aquarius orbe,
Squammiferi veloz, natant tunc ordine Pisces.

Verfus Prificiani, de Astronomia.

Ad Borea partes Arcti vertuntur & anguis,
Post hac arctophylax pariterq; corona genitæ,
Prolapsus Lira, Avis, Zepheus & Castiopeia,
Auriga & Perseus, Deltoton & Andromeda astrum.
Pegasus & Delphin, celumq; aquila, anguineusq;
Signifer inde subest bis sex, hunc sidera complent,
Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libras, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrina,
Qui tenet & Pisces, post sunt in partibus Austris,
Orion, Procyon, Lepus ardens, Syrius, Argo,
Hydros, chiron, thuribulum quoque, Pisces, & ingens,
Quem sequitur pistris, simul Eridanq; fluviata.

De Statibus.

Ter binos deciesq; novem superexis in amos,
Iusta senescerum quos implet vita virorum,
Hos novies superat vivendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis sacula cervus,
Atripidem cervum ter vincit corvus, & illum.
Multiplicat novies Phœnix reparabilis ales,
Quem nos perpetuo decies prævertimus ævo,
Nympha Hamadryades quarum longissima vita est.
Hæc cohibet snis vivacia fata animantum,
Cætera secreti novit Deus arbiter avi.

A L I V D.

Sepes limitanea tribus annis durare potest:
Canis tres hujusmodi sepes superare potest: id est novem annos ducere.

Equus trinam canum ætatem vincit, id est vigintiseptem annis bene durat.

Homo bene sanus, tribus equis supervivit, id est per annos octoginta, vel amplius.

Secundus versus superiores.

Homo, annos nonaginta sex.

Cornix, octingentos sexagintaquatuor.

Cervus tria millia quadringentos quinquagintaduos.

Corvus decem millia trecentis sexaginta sex.

Phœnix nonaginta tria millia ducentos quatuor.

Hamadryades noningentos trigintaduo millia quadraginta.

Anni ab Adam, juxta septuaginta duorum interpretationem auctoritatem.

Ab Adam duo millia quadraginta octo. Generationes decem: ad Diluviū duo millia ducenta quadragintaduos.

Ab Adam millia trecenta sexaginta quatuor, Generationes decem: ab Abraham mille septuaginta duo.

Ab Adam quatuor millia septingenti quadraginta sex, Generationes quatuordecim: ad David noningenta quadraginta duo.

Ad Adam quatuor millia quadringenta sex, Generationes septemdecim: ad captivitatem trecenta octoginta quinque.

Ab Adam quinque millia ducenta octodecim, Generationes quatuordecim, ad Christum quingenta octoginta octo.

Ex eo

Ex eo in cyclo Romanorum fiunt anni octingenti quadraginta.
Iunctis superioribus fiunt anni, sex mille quinquaginta octo, usque ad transitum Ludovici Imperatoris.

Anni ab Adam juxta Hieronymum, ex auctoritate Hebraica.

Ab Adam ad diluvium mille sexcenti quinquaginta sex.

H. Mille sexcenti quinquaginta sex.

A diluvio ad Abraham, fiunt anni ducenti nonaginta duo.

H. Mille octingenti quadraginta octo.

Ab Abraham ad David, fiunt anni noningenti quadraginta duo. Hebrais, Duo millia octingenti nonaginta.

A David ad captivitatem, fiunt anni quadringenti septuaginta tres. Hebrais, Tria millia trecenti sexaginta tres.

A captivitate ad Christum, fiunt anni octingenti novem.

Hebr. tres mille noningenti quinquaginta duo.

Ex eo in cyclo Romanorum fiunt anni octingenti quadraginta. In simul quater mille septingenti nonaginta duo, usque ad obitum Ludovici Imperatoris.

F I N I S.

MANFREDI CARMINA.

De anno solari.



Annus solaris, qui manus saepe vocatur,
Circulus solis semel est per zodiacum.

De cursu solis.

Cursus viginti completur & octo per annos.

De anno lunari.

Annus lunaris, est Luna circuitus, qui
Nunc est communis, nunc ambobus habetur.

De cursu lune.

Ast ejus cursus tres bisque fit octo per annos,
Ex his luminibus nos per tractare duobus,
Convenit, & nostris rationibus addere sedem,
Vt super hac fuerint qua fundamenta locata,
Obicibus valeant non argumeta reselli,
Sed primum quiddam volumus referare quod instat,
Vtile quod multum nobis instare videtur.

De quatuor temporibus anni.

VER, Aestas, Autumnus, Hyems, sunt quatuor anni
Tempora, qua certo numero divisa patefcunt,
Cuique dedit ternos sua contemplatio menses.

De Vere.

Martius, Aprilis, & Majus, Veris habentur.

De Aestate.

Iunius, Augustus Aestatis Iulius, adsunt.

De Autumno.

Autumnique October, Septemberque, November.

De Hyeme.

Sunt hyemis Ianus, Februarius, atque December,
In quorum primo Deus immutabilis & rex,
Principum fecit natura conditos orbis,
Atque creaturis fixit primordia cunctis,
Complevitque suum quod scribitur esse diebus,
Sex opus atque ab hac septena luce quievit,
Alius ergo liber hujus se vera aevire
Dispositi, documentaque tradere postea nati.

De septem diebus, & nominibus eorum.

Principio mundi septem Deus illo creator
Instituit cyclos, quos sphaera circulus ambit,
Singula qui finxit sub certis cursibus astra,
Nominibus propriisque philosophia notavit,

Bede Tom. 1.

Nomine Saturni primum, Iovis atque secundum,
Mars sub eis currens, & sexto Mercurius,
Luna quidem minima decurrit septima caelo.
Quaeque dies astris accepit nomen ab istis,
Hac ratione operique nostro competit apte
Lux cum nocte sua viginti quatuor horis,
Constat & eternum deducit ab aethere cursum,
Nunc à Saturno tu commutare supremo,
Incipe post illos Luna numerabis & orbem,
Sic in circuitu per cunctos calculus ibit,
Cui numerus primus post quatuor atque decem bis
Convenit, illius assumit nomen habetque.

De die Dominico.

Ergo prima dies vocata est nomine solis.

De die Veneris.

Nunc veri solis, qui nos de morte redemit,
Pars numerus Luna dat nomen inesse secundum,
Et si quaeque dies accepit nomen ab astris,
Sed nunc spectamus atque praemisimus illa,
Articulum officioque styli promissa canamus,
Quarta luce Deus duo mundi lumina finxit.

De Mercurio.

Planetasque alios, stellas & sidera cuncta,
In firmamento quibus immutabile cursus,
Addidit & proprium cursum haud excedere iussit.
Hic est ille dies in quo sapientia scripsit,
Aequales horas noctis fieri atque dies,
Et cursum solis fuerit studio rationis,
Circuitus ejus cognovit pervigil annus,
Ter centum fieri cum sexaginta diebus,
Quinque superjectis simul & constare quadrante,
Sed cuiusque rei quadrans est portio quarta,
Tres vero reliqua dicuntur nomine doctans,
Vnde die si isti procedunt vel numerantur,
Per documenta danus, si nosse cupis, manifeste.

De cursu solis & anni, & signis eorum.

Astrorum cursus & Luna, solis & orbem,
Edidit primum scriptisque Aegyptia nymphae,
Tradidit & curas hujus mortalibus artis,
Atque itiner solis per quod deducitur annus,
Zodiacum vocans signa indagine mira,
Quam bene declarat Macrobius ille sagaci
Ingenuo, studioque proba docet esse laborem,
Hunc per bisseas divisit provida partes,
Partes signa vocans, qua conveniente notavit.

De Ariete.

Nomine namque aries, caeli pars prima vocatur,
Seu quod praecipue hoc animal praecornua fervet,
Vt sol fervoris radius quasi cornibus ipsam
Concretam glacie terram, brumaeque rigorem,
Incipit exercere, & seminibus reserare,
Sive quod hinc Aries dextro praecumbit in armo,
Sicut ab hoc dextram sol lustrat tempore partem
Zodiaci, sunt namque duo hemisphaeria caeli.
Ast Aries primi caput, est & Libra secundi,
Et spatium alterius dimensum partibus aequis,
Circuit atque Aries decumbit parte sinistra.

De Tauro.

Sed Tauri nomen parti imposuere secunda,
Sol quoniam caeli partes dum permeat istas,
Canescunt fruges, taurique bouumque labores,
Fervidioribus & ferris iam saepe metuntur.

De Geminis.

Ast aliud signum geminorum nomine dicunt,
In specie cygni Ledam decepti adulter,

Bb 4

Hic

Hic omnia ex utero peperit fratresq; gemellos,
Inque vicem fratrem Pollucem Castor amavit,
Mortalis fuerat, qui mortem matre ferebat,
Immortalis erat, qui pro patre morte carebat,
Hic quoniam patrem de fratris morte recepit,
Fraterna morti de vita participavit,
Participando vices, sed frater in aethere facti,
Parte quidem caeli: sic sol dum currit in ista,
Arbusta & fruges solis fervoribus arent,
Incipiuntque mori viridi qua fronde vigeant,
Atque per aetatem quasi mortua sicca videntur,
Mundi pars habet hic zone vicina perusta.

De Cancro.

Atque notant quantum sub cancro nomine signum,
Est in propatulo sita significatio canceri,
Incedit versus ut per vestigia cancer,
Sic dum sol nequit hanc caeli transcendere partem,
Inferiora perit lustrato solstitio; sub
Quarta parte ejus, qua primum conficit ortum,
Scribere sed tempus non est exortibus aptum.

De Leone.

Ac quinta parti nomen posuere Leonis,
Hoc animal cunctis prestat fervore caloris,
Cujus membra tenet vigor, & vis parte priori,
Degeneratque & debilitat sub posteriori,
Sic magis exurit sol quam per cetera signa,
Atque suum robur terris diffundit anhelis,
Nec non extremis signis sub partibus hujus,
Mitigat ardorem duntaxat debiliorem
In terram postis, quos post vestigia linquit.

De Virgine.

Nomen inest sexto, virgo pro tempore signo,
Terra quod efficit quasi virgo femina constat,
Atque nihil fructus isto sub fide gignat.

De Libra.

Verum zodiaci pars septima Libra vocatur,
Aequales proprio cum nomine monstrans,
Parte sub hac caeli noctis fieri atque diei.

De Scorpione.

Scorpius octavo, nonoque Sagittarius fert
Nomen, & hinc imbres signant & grandinis ictus.

De Capricorno.

Hinc decimum sphaera signum vocitant Capricornum,
Alta petit semper frondes pascendo capella,
Sic ex adverso rediens sol alta requirit,
Solstitium pars quarta facit, solemque remittit.

De Aquario.

Vndecimum signum cui nomen Aquarius addunt,
De Piscibus.

Atque duodecimum dicunt ex nomine pisces,
Quod nivibus quod cedat aquis hoc tempore tellus.

De bissexto.

Ergo per hac contemplantes recurrere solem,
Hac annum fieri designatur ratione,
Horum signorum sol lustrat, quodque diebus,
Trigentis, ac dimidia cum quinque bis hora,
Hos omnes summam tu multiplicabis in unam,
De cunctis signis horas mediamque reducens,
Inveniesque dies cum sexaginta trecentos,
His quoque quinque dies hoc calculus addet,
Bis sena media nunc restant insuper hora,
Efficies senas; has si colligeris horas,
Ha juncta quadrans est portio quarta diei,
Et tribus est cautum quod non numeretur in annum,
Ast anno quarto quadrantes quatuor unum
Complent, constituuntque diem sub sortibus anni,
Hic bissextilis totus vocabitur annus,
Constans trecentis sex sexaginta diebus.

Quare dicatur Bissextus, & quare sit
inventus.

Quod si neglectum fuerit, producit error
Tantus, ut astrivi bramali tempore menses

Occurrant: vice versa permittentur ut ipsi,
Illa dies igitur tantus videtur ut error,
Inferitur simul ac bissextus iure vocatur,
Quod numero legitur, bis Marti sexto Calendas,
Hanc Concurrentem sedem dicere Quirites,
Nam quotacumq; dies seria numeratur in ista,
Tot concurrentes alio sumuntur in anno,
Sed bissextili superaddita sumitur anno.

De nominibus Mensium.

Et quia signorum data significatio claret:
Nunc de nominibus conemur scribere mensium.
Roma potens olim cum gemmis philosophia
Veneraret, cursum totiq; imponent orbis,
Primum bissestus divisit partibus annum,
Iscidit hinc & cuiq; vocabula congrua parti.

De Martio.

Martius à maribus cuius pars prima vocatur,
Quod tunc Iuno Iovem, quod tellus postulet imbrem,
Et fiat praegnant, & fertibus apta tumescat.

De Aprilis.

Ast alia Aprilis quoniam natura aperitur,
Dicitur ad flores, fructus & gramina cuncta.

De Majo.

Tertia majorum Majus de parte vocatur.

De Junio.

Ianius in quarta, junioribus est vocitatus,
Namq; bipertitus fuerant de more Quirites,
Atque senex major pars consultabat in urbe,
Militiamq; manus juvenum virtute regebat,
Hinc igitur Majus & Iunius est vocitatus.

De Julio.

Iulius à magno sortitur Casare nomen.

De Augusto.

Nomen ab Augusto mensi imposuere sequenti.

De quatuor ultimis mensibus.

Quatuor hinc alii sumpserunt nomen ab imbre,
De Septembris & Octobri.

Primum Quintilis sunt, Sextilisq; vocati.

De Novembri & Decembri.

Et numero quantum sunt primo mense venoti,
Temperiem cali numero quoque significantes,
De Januario.

A Iano, mensi Ianuarius, qui est vocitatus,
Principium rerum Iano seriata vetustas,
Credidit atque illum mensiem mirata dicavit,
Quapropter mensi Ianuarius caput anni.

De Februario.

Postrema parti nomen Februarius induit,
Nam februare quidem dicunt purgare Latini,
Mos viguit talis Romanis civibus olim,
Anno sub quinto dum census fertur ad urbem,
Mœnia cum muris templa & lustrare deorum,
Scilicet istius mensis sub luce secunda,
Ut quasi purgarent delicti excessibus urbem,
Et venia atque salus per supplicia ista daretur,
Dicere, lustrare, sic & purgare solemus,
Sic & multoties dicitur quinquennia lustra,
Sed per inaccessos opus est nunc tendere salus,
Atque iter cepit vario sermonis levare.

De regularibus feriarum, Calendarum, &
de eorum origine.

Primum nunc igitur videamus regulares,
Unde procedant, & eorum qua sit origo.
Prima dies mundi describitur illa fuisse,
Qua lucem legimus primum luxisse creatam,
Hoc est Zodiaci & verveci portio prima,
A prima ergo die numerabimusq; Calendas

Illius mensis, de quo cognoscere queris,
Quosque dies post hac, per septem divide cunctos,
Hunc numerum quoniam nunquam transcendere possunt,
Quodque supercrevit pro regularibus tenebis,
Si minus est iridem pro regularibus ad te.
Septem si fuerint tot mensibus addito septem,
Et concurrentium de summa subtrahere sedem,
Veneris ad Marti postquam numerando kalendas,
Et sibi quirestant a scribere quinque memento,
Illa dies feria visa est decurrere prima,
Dum Phœbus cursum nondum perfecerat anni.
Hic prius incepta concurrere prima vocata est,
Concurrit siquidem totum copulata per annum.

Quare regulares dicantur.

Nunc qua concurrere procedat origine prima,
Addimus, & talis quid signet copula nobis.
Que concurrentes ideò dicuntur aperte,
Quod pariter totum cum regularibus anno,
Currunt, & feriam quata sit ventura kalendis,
Significant, & si per solis regula cursum.
Same dies igitur qua primam claruit orbis,
Luce novus, cunctisque simul numerabis ad ipsum,
Vsq̄ locum sedes quo concurrere habetur.

Quomodo inveniuntur regulares,
Primus concurrere.

Hos quoque precipimus, per septem divide solus,
Qui superest concurrentium signetur origo,
Cetera qua sequitur hoc ordine comperietur,
Sicut ab hac actum est anno pariter secundo,
Hæcque duo currunt illo qui transit in anno,
Quodque super fuerit, uni superaddere cures,
Tertrique & quarta reliquis sic multiplicantur.
Ast anno quinto, quoniam bissextus habetur,
Que super accrescunt simul hac in sede quiescunt,
Dicta sede dua feria numerantur in unum,
Sextaque prædictum tenet & post septima cursum,
Quodque supergrauditur, (ut dicit regula) septem,
Illud sublatis, concurrentes iure tenetur.

Quomodo inveniuntur feria per
regularem.

Hæc concurrentes cum præcedentibus aucta,
Offendant feriam quata sit ventura kalendis,
Si septem fuerit numero, tibi septima fiet:
Si minus est, totam feriam numerato kalendis,
Si septem transit, numero deponito septem.

De inventione cuiuslibet diei mensis,
per dies mensis.

Et si per totum mensem cuiusque diei
Nosse cupis feriam, præcedenti quoque mensis,
Sume dies cunctos, sed nec numerabis eandem,
Hisque kalendarum feriam superaddito totam,
Si septem fuerint iridem, tibi septima fiet,
Si minor est illis numerus, tibi iure manebit,
Si septem transit, numero deponito septem,
Scilicet signetur quod ea ratione tenetur.

De regularibus lunæ, & de eorum
origine.

Sed quia circuitus est solis e armine scriptus,
Nunc asignemus luna proposse meatus,
Ast alios primùm pandamus regulares,
Qui subscribuntur ab luna mensibus istis.

De epactis.

Luna circuitus, lunaris dicitur annus.

De inventione Nullæ.

Principiam cuius, qui nunc Septembris habentur,
Mensis adest, veterum quem situr pagina prodit,
Egypti astrologi primùm invenere sagaces,
Hi sunt scrutari vigiles secreta polorum,
Atque magisterium quorum didicere Latini,
Gymnasiumque artes admirantes imitantur.
Hi quoque post illos describentes statuerunt,
Sedem epactarum Septembris sexto kalendas,
Hæc celo inscriptam referunt in sede creatam
Lunam, quod nullo certis fulgore resulsit.

Hanc quia nullius numeri variaverat atas
Lumine, non valuit penitus tricesima dici,
Hinc igitur Phœben nullo splendore scientes,
Nullas epactas illum dixere per annum.
Ast alia primùm terris de lumine lumen,
Fundens luce nova, rectè est tunc prima vocata,
Et quoniam terris illuxit lumine primùm,
Hic prius incepta est numerari quinto kalendis
Et quoniam Octobris evenit quinta kalendis,
Nam quot acinque fuit tunc luna, quibusque kalendis,
Mensibus his totidem scribuntur regulares,
Ista quidem currit per cunctos regula menses.

De undecima epacta.

Vndecimam post hoc anno discere sequenti,
Epactam tota est, nam Phœbe sede notata,
Et quata sede sua cunctis essulget inanis,
Epacta totidem concurrunt semper in ipsi.

Quod epacta & regularis debent jungi ad in-
veniendum ætatem lunæ.

Epacta juncta cum regularibus istis,
Præsignant quata sit Phœbe sulstra kalendis,
Horum si numerus triginta evenierit infra,
Tota manet Phœbe; sed si concreverit ultra,
Illis sublatis aderit tibi tota kalendis,
Quot reliqui fuerint, hoc constat regale cunctis.

Quod ætas lunæ per dies mensis
inveniatur.

Sed si per totum cupis hoc cognoscere mensem,
Sume dies mensis qui præcedunt hodiernum,
Et quantacunque fuit tunc ipsi luna kalendis,
Illius numerum tr an factis adde diebus,
Horum si numerus triginta evenierit infra,
Tota manet Phœbe; sed si concreverit ultra,
Illis sublatis quot restant tota tenetur,
Sed tamen hoc opus est, vigili de mente notare,
Si mens fuerit inscripta vicestima nona,
Deme tot, ætatem reliqui luna tibi pandent,
Hoc quoque cur fiat conabor prodere metris.

De anno lunari.

Zodiaci signum percurrit quodque duobus,
Luna diebus sex horis, velle unius hore,
Quosque dies igitur de cunctis collige signis,
Et juncti pariter viginti quatuor adiant,
Tresque dies potes ex horis superaddere sentis,
Et quid sit bestis nunc hac ratione fatebor.
Si tres in partes aliquid divideris aquas,
Nomine quoque triens fertur, cunctaque trientes,
Portio si fuerit, aliis subtrahat a duabus,
Vna, dua relique dicuntur nomine besse,
Bissexibus ex his sex octo suppleveris horas,
Hic igitur numero Phœben, ambire dierum,
Totum zodiacum daret distisque sub oris,
Non tantum ad solem spatium transire sub ipso,
Signiseri partes quoniam dum pervolat ipsa,
Sol totum sermè tendit percurrere signum,
Nec valet ascendi Phœbe, nec prima vocari,
Ni sub fratre prius fuerit, ni transgrediatur,
Ergo dies duo prædicti & quatuor hora
Addantur, quorum spatium Phœbum ipsa sequetur.
Transvolet & fiat superno lumine prima,
Hoc est lunaris suppletus ad omnia mensis,
Quem nos viginti constare novemque diebus,
Insuper & scriptis bissexis prominis horis,
Namque dies horis non permanet integer istis,
Et quia tum dividitur in mensibus unus,
Alterius mensis bissex implebitur horis,
Præsertim primo fuerit cum cardine mundi,
In media succensa die, sed mense secundo,
Noctè alternatim media, sic inde ecurrat,
Hi cuncti summam menses redigantur in unum,
Hinc & tercensum cum quinquaginta diebus
Quatuor adjectis annum constare fatemur,
Hic est qui propriè lunaris dicitur annus,

Quod una epacta inveniat per aliam, addendo undecim.

Illud & intuitu nunc contemplare sagaci,
Quod damus, & memori patefactum mente repone.
Hic epactarum series & origo patebit,
Sunt duo inaequales tibi quos monstravimus anni,
Vincitur undenis lunaris forma diebus,
Hic quia lunaris solis superatur ab anno,
Undena epacta sumuntur in ordine primo,
Hinc numerus cunctis addatur semper in annis
Epactis assidue procedentibus anni,
Quod minus aut plus est triginta ex more tenebit,
Illius epactas anni quo tempore transit,
Oclaras decimus epactas ultimus annus
Continet, his cum procedentibus additur unus,
Hic qui lunari semper subducitur anno,
Philosophi saltem quem luna nomine dicunt,
De quo si Deus annuerit tractabimus aliter,
Quos si conjungis pariter triginta tenebit,
Haec sunt epacta qua currunt cardine primo,
Illius cycli retinet quem semper Hebraei,
Quas mensum iungit si redigularibus ipsis,
Pro numero luna, numero subducis easdem,
Et numeras lunam, sicut dant redigulares,
Illius in mensis anni cuiusque kalendis,
Hinc etiam qui modo epactas dicere nullas.

De annis embolismalibus & communibus.

Nunc ex embolismis & communibus annis,
Petractare necessarium decernimus isthic,
Enucleatus ut luna saltem referemus,
Divini libri restatur pagina lunam,
Infixam caelo cursum sub sole habuisse,
In quarta feria positam, cursum inde tulisse,
Atque die qua prima fuit, non prima resulisse,
Ni post annos inde decenos atque novenos,
Hic luna cursus est, cyclus iure vocatus,
Inde velut primum per eundem transmeat orbem,
Cujus prima caput transit lunarij mundi,
Qua quartamdecimam completo lumine lunam
Attulit in omni, qui nunc est mensis Aprilis,
Aprili ut Memphis docuit, potes ista videre,
Regulam quorum cyclo dissentit Hebraeo,
Sed propter Pascha varie delectidimus ista,
Hinc igitur cyclus est tali nomine dictus,
Hinc per communes annos sic & embolismos,
Qui duo procedunt communes iure vocantur,
Quod fuerint clausi bissestis mensibus anno,
Sed super accrescens vocatur tertius ille,
Vnusque mensis, hoc est lunatio crevit,
Inde sequens annus primordia sumpsit ab illa,
Qua quartamdecimam prodit lunatio lunam,
Post horas noctis aequales atque dies,
In qua Paschalis a prima terminus adfit,
Sive sub aequali tantummodo tempore fiat,
Unde fit ut semper sic crescat circulus ille,
Prater in ogdoade, quod non fit & hendecade anno,
Quique etenim quorum communem pretulit annum,
Ille notabilior quod cyclo constet eodem,
Dicitur octavus ex Graeco nomine factus.
Hendecade hic quoniam undecimus post ogdoadem fit,
Ad numerum quorum facili ratione notabis,
Embolismales sunt anni denique septem,
Nonaginta unus etiam menses numerantur,
Anni communes quot signat regula bissex,
Centum quadragesima alii & quatuor addunt,
Sunt pariter iuncti triginta & quinque ducenti,
Sed promissa tibi nunc differere incipiamus,
Mensibus & lune saltum pandamus ab istis.

De saltu luna.

Signiferi post circuitum cum prima vocata est,
Et successa fuit lunari mense per actio,
Luna duodecimam nec dum perfecerat horam,
Restabantque super illi quam diximus hora,
Bis duo momenta, momentique & uncia & annus,
Tantum atomus qua individua est temporis apud:
Quae sic augentur per cunctos omnia menses,
Diminuant unum numero lunaris ut anni,
Cycli sine diem jam nunc ratione probemus,
Qualiter una dies ex istu integra crescat,
Sed quia sunt menses triginta & quinque ducenti,
Illos pro numero momentorum ante relato,
Quadrupeda & nongenta & quadragesima videbit,
Et quoniam punctis horam constare quaternis
Dicimus, & puncta momentis singula denis,
Per quadragesima cunctorum divide summam,
Inveniesque horas vigintitres mediamque,
Alteri sed si pars huius supplebitur hora,
Quaeque duodecima est rerum pars uncia dicta,
Verum momentum numerus duodenus adimplet,
Efficiunt igitur triginta & quinque ducenta,
Quinque bis atque novem momenta, ipsiisque subsunt,
Septem quas atomis mensum supplevere necesse est,
Quadragesima atomis septem simul, uncia constat.
Ex atomis igitur triginta & quinque ducentis,
Vncie & augentur, quas quinque decemque notavi,
Quas si praescriptis septem conjunxeris aequae,
Momentum efficies: aliiisque addatur ad ipsum,
Quo numerus media iuncto supplebitur hora,
Quae si viginti tribus est media quoque vincta,
Integer ille dies, vigintiquatuor horis
Constituit, qui sic lunaris saltus habetur,
In nonodemmo cycli cum Iulius anno,
Debeat ut semper ternis numerare kalendis,
Augusti lunam sibi quoque vicefima fiat,
Hic praetergressa tricesima vocatur,
Tertioque Augusti numeratur iure kalendis,
Aest epactarum constat ratione secundi,
Inde tenet cursum per cunctos inviolatum.

Quot horis luceat.

At si scire cupis quot Phoebae luceat horis,
Cremento lucis punctos adhibeto quaternos,
Noctibus in cunctis a prima novimus ipsam
Ad quintamdecimam quo fiat lumine plena,
Et sexagesima per punctos fulgeat ipsa,
Et scires quinto horam consistere punctis,
Inveniesque quot puncto luna luceat hora,
A quinta decima numero deplebitur usque,
Quo lumen perdat simul & tricesima fiat,
Atque quotis itidem puncto luna luceat horis,
Inveniesque Phoebae sed nil tricesima luceat,
Soli subiecta majori lumine raptis,
Hanc horam Graeci vocitant, eorumque Latini,
Dicunt, quod pariter conjunctim currat uterque,
Eclipsim solis fieri quo tempore claret,
Aest ex hoc alibi carmen dicabitur aptum.

Quod superius distulit de altris, nunc exequitur.

Nunc de signifero quadam memorare necesse,
In quo sunt fixa tempus variantia signa,
Sub quo planeta variant per tempora cursum,
Orbis zodiaci sic obliquatur ab Aetio,
Vt sit zonarum media porrectus ad austrum,
Quatuor est inter zonas hoc sole perusta,
In medio cuius Aries & Libra residant,
Haec etiam mundi medio duo signa locata,
Opposita atque sibi cedentia tramit recto,
Undique circueunt quasi desperantia terram,
Et quasi diametro dirimunt equaliter ipsum
Zodiacum, certumque vident altrissecus unum,

Alternaque cadant, alternatimque resurgunt,
Nam diu Libra cadit, Aries confurgit ab ortu:
Occidit hinc Aries, inde ortu Libra refurgit,
Sunt duo praterea, Cancer simul & Capricornus,
Cancer signorum summus, Capricornus & unum est,
Hic duo sunt tropica, qua conversiva vocantur.
Sol quoniam signis positus convertitur istis,
Hic etiam solis portae dicuntur utrinque,
Quod soli quavis dum currit partibus horum,
Clauditur accessus, signorumque ultima crescit,
In quae solstitia aestiva & brumalia fiunt,
Namque duodecim certa ratione kalendis,
Aestivum in his sunt brumalia tantum,
Sola solstitium stationis nomine dicunt,
Nam ut stare fides, ut quos fit tempore solem,
Sed dum zodiaci Phæbo pars summa vel ima,
Tangitur ex atomo, censetur nomine tali.

De solis ortu atque occasu.

Quatuor huius signis, tres ortus principales,
Fiunt ex orientis dani sol decurrit esdem
Partibus, inquiris tibi quas signavimus ante,
Astrales Capricornus, & Cancro sit borealis,
Tertius ac medius Libræ, ac Vervecæ notatur,
Cætera turba patet, quod signa alterna resignant,
Hinc igitur clare poteris per cuncta videre,
Instar si sphaera celestis pinxeris illum,
Naturæ monstrante globum invigilares & ipsi,
Nam cælum zonis incingi quinque videbis,
Quarum ex natura vis frigoris atque caloris
Ingertur terris, & partes temperat orbis,
Perspicies etiam cur noctes sint breviores,
Soli huius æstivis, & contra sint hyemales
Noctibus in viciu facili tibi cuncta patebunt,
Hinc & planetas discernes tendere ad ortum,
Vtique meent signis sphaeræ nec inerat ullus,
Ætheris obliqui, sed enim intervalla pererrant,
Et tantum ipsius per signa mare feruntur,
Sed de zodiaco satis hæc que dicta super sunt,
Eclipsim solis & lune jam referemus.

De eclipsi solis & lune.

Signifer est latus differens partibus orbis,
Pars spatium est, solis quantum complecti,
Aut ex diametro est illius meta quibusque,
Sole duo media instrantur luna per omnes
Scandit, & à boreâ rursus inclinatur ad austrum,
Hic igitur mundi medio cum terra duabus,
Subiaceat sol, supra atque infra luna feratur,
Et sit supposita fixæ tricesima Phæbe,
Objectu lune solis splendorque calorque,
Subtrahitur nobis postquam duntaxat in imis,
At si per partes exorbitet exteriores,
Terra quibus non est subiecta, sed exima constat,
Non celare potest solaris lumina nobis,
Inde est quod raro defectus in ordine fiat.
Verum defectus aliter lanaris habetur,
Hic etenim quamvis per pleni lumina semper
Fiat, dissimili tantum deficitur ratione,
Constat enim lunam proprium lumen habere,
Sed splendere modo speculi sole irradiatam,
Partibus octo licet sub magno corpore solis,
Vincatur tellus, ut mira indagine claret,
Plena tantum partes, quoniam severè per easdem,
Aspectu solis fraudatur luna tenebris,
Luget & incedens terrarum damna per umbras,
Ac super aut subter terro velatur amictu,
Ac super partes exorbitet exteriores,
Luminis accepti detrimentum effugit ipsa:
Non igitur semper privatur lumine Phæbe,
Has defectivas dicitur de themate partes,
Astrologi, quod sit defectus causa utriusque.

Quantum in unaquaque die elongetur
luna à sole.

At si forte animus cupit hoc augere labori,
Partibus ut verè noscat quos luna recedens.

Sole elongatur, vel qua signa moretur,
Illius etatem fueris quot ac ungue resum,
Multiplicaque quater, rursus numerumque ter ipsum,
Et quot compereris, tot nosces partibus illam
Phæbo elongari, simul illa degere parce,
ad quam venturus totidem post ipso dies sit,
Nil etenim partem aliud quam dicimus istas,
Soli progressus per signa quibusque diebus,
Si signum quo luna die decurrat eodem,
Nosce velis ex predictis tot partibus addes,
Soli quot restat, ut signi compleat ipse,
Illud iter quo degit, & inspicere corde apaci,
Inde dabis partes signis triginta quibusque,
Ordine cui desunt in eodem noveris ipsam,
Si non ad numerum poterunt procedere tantum,
Vel si completis superest quod ab ordine signis,
Quod solet fieri in prima, quod sepe secunda,
Phæbe cum sole signo decurrit eodem,
Sepe dies nona, vicefima terque decena,
Hoc habet & signo quod sol decurrat in illo,
Philosophique dies hos interluna dicunt,
Quodque renascentem, suntque inter deficientem,
Hactenus ista quidem sunt argumenta diurna,
Que tibi contulimus, sed ad annua iam properemus.

De annis à principio mundi.

Principio mundi sunt millia quinque trecenti,
Et sexaginta cum quatuor in super anni,
Precedente tamen sine concurrentibus uno,
Virginis ad partum peperitque virgo salutem,
Humani generis genitrix hominisque Deique,
Virgo beata preces dignetur spondere nato,
Spiritus adveniat menti, qui vult ubi spirat,
Qui patre procedit, quem mittit filius ejus,
Et me per pelagus labentem dirigit altum,
Et manus illius ad litus vela reducat.
Ecce pero, quæro, nilans & ad ostia pulso,
Cujus auxilio, simul & munime ferens,
Etatem mundi valeam tales esse probarè.
Ex divinorum scriptis videre librorum,
Philosophi vigilans transisse ab origine mundi,
Annorum spatium memorabile tempus ad usque,
Quo salvatoris fuit incarnatio facta,
Millia quinque super veterum quod pagina prodit,
Sed nec quingentos super illa sufficere sentur,
Quod plus aut minus est, hæc nosces traditione.
Maximus ille cyclus qui semper vertitur annis
Cardine quingenti, simul & triginta duobus,
Fertur cyclorum concordia vero duorum,
Quod lune & soli cursus concordat in ipsis,
Expletis tantum, nec plene convenit ante,
Inde dies, menses, hora, lunoque kalende,
Omnia conveniant, simul & post prima recurre,
Si decies cyclum tu multiplicaveris ipsum,
Verè comperies annorum millia quinque,
Atque trecentorum summam, numerumque vicennum,
Additur huius, quarus, & quadragesimus annus
Ordine jam cycli, describitur iste secundo,
Hoc anno Christus sacra est de virgine natus,
Hinc igitur cernis, quod millia quinque trecenti,
Et sexaginta, sunt quatuor in super anni,
Præcæsitque annus sine concurrentibus annis,
Vndecies autem non multiplicabis eundem,
Nam super accrescit nimum quod pagina dicit,
Et super adjectos annos indicio turbat,
Atque Evangelio numero ac ratione repugnant,
Ergo per hunc cyclum qui transit ordine magnum,
Cyclus, epactas, aderant que tempore Christi,
Et concurrentes idè prius inveniamus,
Et non turbetur doctrina sequentibus annis.

De cyclis.

Cycli tres nostro scribendi carmine perstant,
Amerior quibus est, recolum quem semper Hebrai,
Cujus principium prima est lunario mundi,

Ast epactarum fuit in Septembre secundus,
 hic quoque mutatur per menses & variatur.
 Peritus est dicitur solaris nomine solis,
 Hinc quoque principium Marti statuere kalende,
 Quartus lunaris referens nihil utilitati,
 Hinc caput est Iani, cum prima est luna kalendis,
 Ergo si primi gliscis cognoscere cycli,
 Ille quotus transit annus sub tempore Christi,
 Hunc numerum sumas, qui mundi à cardine cepit,
 Perque novemque decem totam eius divide summam,
 Et septem superant, fuit ergo septimus annus,
 Sic epactarum cyclus manet inventendus,
 Sed tantum epactas qua Christi tempore currunt,
 Invenies aliter: nam septem qui superant,
 Fine per undenum numerum distendere debes,
 Ergo & septuaginta vides simul affore septem,
 Hos per triginta partiri convenit omnes,
 Atque decemseptem qui restant, scribere oportet
 Epactas qua currebant sub tempore Christi,
 Ast aliter cyclus solaris comperietur,
 Majorem numerum qui supra scriptus habetur,
 Divide soletur per viginti & simul octo,
 Sed tamen ut primum sine concurrentibus annis,
 Si procul & summa nunquam numeretur in ista,
 Et sex undecimum divisio proferet annum,
 Sed concurrentes sic prospicis ipsius anni,
 Hic idem numerus simul eius portio quarta,
 Addita dividitur per septem, & quinque superant,
 Sed tamen hic animo nunc contemplare sagaci,
 Vt nisi completis partem non vine reliquam,
 Inde data exactis quadrante carentibus annis,
 Vno intermisso quoniam bissextus habetur,
 Septima concurrentes est Marti incepta kalendis,
 At si fert animus quot a tunc inditio transit,
 Nosere, per facili verum ratione patebit.
 Per partes numerum quindenos divide dictum,
 Et decimam invenies anno transire sub illo,
 Olim cum pendè Romani gentibus orbis,
 Omnibus & populis virtutibus imperarent,
 Vel ligal statuere, atque innoxere tributa,
 Solveret ut quisque tria per quinquennia censum
 Ara, sed in primo, simul argentumque secundo,
 Aurum sic etiam lustro tribuere sequenti,
 Inde velut primum fusi à primo repetitum,
 Et non excedit numerum qui presuit ordo,
 Post quintamdecimam sum est inditio prima.

Ad invenendum summam annorum
 Domini.

A Nnotam Domini cupiens cognoscere summam,
 Hoc argumentum vigilanti pectore conde,
 Summam ex ordinibus qui sexaginta novem sunt,
 Multiplica per quindecim, & insuper addito quinque,
 Hic qui restabant ex ordine tempore Christi,
 Addaturque super inditio temporis huius,
 Consonat hoc & te vigilanti corde notare,
 Vt cum suppletus fuerit qui nunc meat ordo,
 Atque iterum fuerit inditio prima resumpta,
 Ordinibus dicitur unum superaddere cures,
 Hic post quindenos addendo noveris annos,
 Semper & ordinibus accrescat calculus istus.

Ad invenendam indictionem.

At si scire velis quota nunc inditio transit,
 Per partes numerum quindenos divide dictum,
 Sicque sub Christo transit superaddita primum,
 Quodque supereresit inditio permanet anni,
 Et quintamdecimam dicitur cum nullus abundat,
 Nunc millesimus & quinquagesimus annus,
 Est etiam decima que nunc inditio transit,
 Currit & epacta quam velus continet anno,
 Prima sub undecimo post hanc duodena sequetur,
 Cycli solaris annum tenet ordo secundum,
 Est & concurrentes hoc anno more secunda,
 Ordine nam cycli describitur iste secundo,

Ergo si primi gliscis cognoscere cycli,
 Nunc quotus est annus qui nostro tempore transit,
 Annorum Domini numerum isto tempore sume,
 Perque novemque decem totam eius divide summam,
 Sed tamen huic numero septem superaddere cures,
 Annus enim totus transibat corpore Christi
 Quodque super fuerit annum monstrabit apertè,
 Si super est nullus, is cycli est ultimus annus,
 Si qua nunc currunt epactas noscere gliscis,
 Quod super est illis sub eodem sine dirempis,
 Cura, per undenum numerum distendere debet,
 Et quotquot fuerint, sume triginta recides,
 Prodit & epactas illis quod semper abundat,
 At si triginti a numeris tibi manserit infra,
 Hic idem epacta presentis habebitur anni,
 Vltimus est annus non hac ratione tenetur,
 Huic alia epactas concedit regula nullas,
 Pro saltu luna tamen huic subiungitur unum.
 Ast aliter cyclus solaris comperietur,
 Prædictum numerum quod supra scriptus habetur,
 Divide soletur per viginti & simul octo,
 Et primum tredecim numero superaddere cures,
 Tempore quod Christi cycli currebat hic annus,
 Quodque augmentatur est annus in ordine totus,
 Vltimus est annus si quem divisio claudit.

De Concurrentibus.

Si concurrentes Domini vis nosse per annos,
 Et toto numero deponere convenit annum,
 Qui de septeno numero solus superabat,
 Concurrentes etenim sub Christo septima cepit,
 Hinc etiam post hanc fuit anno prima sequenti,
 Ex qua principium numeri nos sumimus huius,
 Illo deposito nec septem si audimus ultra,
 Hic idem numerus simul eius portio quarta
 Addita, dividitur per septem, & more frequenti,
 Quod super est illi pro concurrente tenetur,
 Si nihil hic superat, tunc septima iure notatur.

Ad invenendum annum bissextilem.

Utrum bissextus sit quartusve annus ab illo,
 Non est difficile labor hoc cognoscere semper:
 Divide quot fuerint Domini per quatuor annos
 Est à bissexto totum, quot sine superant,
 Si nihil hic superat, tunc septima iure notatur.

Quod undecim epacta in mortis tempore
 Christi concurrerunt.

Sed nunc errorem repræsentant documenta priorum,
 Atque ex sacrorum dictis Evangeliorum,
 Sic affirmetur ratio, quod non miscletur,
 Tempus & annorum Christi triginta duorum,
 Et simul undecimas epactas tempore mortis
 Currere, non aliàs certa ratione probemus,
 Fidimus, & verum est Luca narrante relatum,
 Quod baptizatus Christus discessit ab amne,
 Incipiens erat annorum triginta patenter,
 Namque dies tredecim de triceno stuit abant,
 Hinc post baptismum jejunia sancta peregit,
 Ac si discipulos anno delegit in illo,
 Hinc alio sacra ta dies effulsit in anno,
 Qua baptismum vox patris magnificavit,
 Nuptie tunc factæ sunt in Cana Galilæa,
 Discipulisque suis coram primoribus fecit,
 Signorum, doxæque suam dedit hic manifestam,
 Hic Evangelio de scribit Pascha Ioannes,
 Primum & commemorat Christi miracula facta,
 Ac post multa quidem subiungit Pascha secundo
 Scilicet hoc alio quod pertransivit in anno,
 Inde refert iterum memoranda in secula natum,
 Atque ulit Latæ, ari producit membra sepulchro,
 Et procedentem Christo fronde sive gerentem,
 Laudibus adseribit que proditi obvia turbam,
 Inde pedes Christus ut servus discipulorum,
 Abluit in feria, qua Pascha terminus instat,
 Captus & in hac nocte est sub plena lumine luna,

In quarta captus, decima crucifixus in illa,
 Que quintadecima medio descendit ab axe,
 Atque die Christi crucifixio sancta notatur,
 Angelus hic Christum venturum nunciat ipsum,
 De solio parvis ad matris virginis alvum,
 Sumere mortalem pro mundi crimine formam,
 Hac quoque deposuit formam cruce solutam,
 Tertia sancta dies surgentem morte revexit,
 Atque immortalam vitam surgendo redaxit,
 Atque dies simili mortalem matre resudit,
 Et veluti epacta decima & septena recurrit,
 Quia Christus natus descendit virginis alvum,
 Sic hac luna die decima & septena resulsit,
 Fulsit & Aprilis vicefima prima kalendū,
 Hinc igitur clarè poteris per acta videre,
 Ille quod undecima epacta portat annis,
 Hinc anna vitam Christi triginta duobus,
 Mensibus atque tribus, rectè constare scietur.

De Pasche termino.

Terminus est Pascha vernali tempore luna,
 Quarta simul decima, qua primo mense resurgit,
 Quia Dominus Pascha fieri precepit Hebræis,
 Hinc igitur memores celebrant hoc tempore Pascha,
 Atque die incipiunt annorum festa sequenti,
 Et quartadecimam nos expectamus eandem,
 Nostrum & differimus pro religione sub ipsum
 Pascha diem Domini, quo sumptis nomen habetque,
 Quaque salus cunctis facta est resurrectio Christi,
 In festis aliis ad corda reduit in acta,
 Hac non facta modo, sed que sunt sine futura,
 Temporis hac serie prima atque octava reurrat,
 Prima quod hac legimus lucem luxisse creatam,
 Orta est, quoniam post septem venit ipsa,
 Ipsa die quoniam primum venit ipsa,
 In nostro capite resurrectio, sequere peractū,
 Et atum tribuit, vitæque laboribus huius,
 Septenaque animarum digne luce quietis,
 Nostra sumus qui membra eius resurrectio digna,
 Octava atate seclorum sit peragenda,
 Cum vocem capitis fuerit qui mortuus omnino,
 Audiet & tumulus superacta morte resurgit,
 Ergo duodecimus tum terminus ipse kalendū,
 Aprilis, quartodecimas sit in usque kalendas
 Maij, qui non inferius nec longius ipse,
 Est potest, quacunque die sit terminus horum
 Pascha die Domini celebratur ritè sequenti,
 Hac quintadecima nunquam minor esse valebit,
 Phœbe nec major quam sit vicefima prima.

Unde procedat terminus Pasche.

Sed si nosse diem cupis, in quo terminus iste
 Procedat, versus illos vigilanter habeto,
 Quorum primus adest à nonis captus Aprilis,
 Quod primum nonis Phœbe plena resulsit,
 Principiū horum signatur terminus ille,
 Illorum fines demonstrant regulares,
 Hos igitur jungas cum concurrentibus anni,
 Et seriam nosces, velati tibi scripsimus ante,
 Qua tibi clarescat queris terminus ille,
 At si deciderit menti quis versus habebitur,
 Sicut te primum docui cognoscere cyclum,
 Quo curras versus Domini cognosce per annos,
 Hunc aliter versus quoque te reperire docebo,
 Qui propter tritum tibi taliter inveniatur,
 In primo articulo sit pollicis ille sinister
 Dispositus, tum deinde alios numerabis & omnes,
 Perque manus summus digitus transibit ad ipsum
 Pollicis usque locum, quo principium instituisi
 Et quicunque dies occurrit rursus eodem,
 Terminus instabit, per & hunc cognosce futurum,
 Perque alios, alios pariter discerne supremas,
 Perque locos tantum quibus terminus ipse recurrit,
 Circueus superadjecto qui in tertia & uno,
 Si cupis illorum cognoscere regulares,
 In prima feria tu primam ponto mundi,

Atque dies ab ea cunctos numerabis ad ipsum:
 Usque locum feriatim, quo tibi terminus instat,
 Atque quot a feria reperitur terminus ille,
 Tot tibi subjungas, quot quaris regulares,
 Hinc alios per Pascha lem reperire valebis,
 A prima mundi Paschalis terminus ipse,
 Aspectu memori, quot distet cerne diebus,
 A nobis decimus Februi numerare kalendū,
 Expediet totidem quorum sub sine patenti,
 Terminus occurrit quem septuagesima monstrat,
 Hoc semper decimam Phœben in sine notabis,
 Hac Februi mensis erit & claudetur in ipso,
 Ast Februi nonis itidem numerare secundis,
 Expediat atque adde quem quadragesima quarit,
 Terminus, hic lunam debes numerare secundam,
 Hac Marti mensis erit & claudetur in ipso,
 Si bissextilis fuerit, si terminus anno,
 Ultra bissextilium sub nonis incipietur,
 Terminus est alius quem sancta rogatio quarit,
 A Maij decimis prescripto iure kalendis
 Queritur, hunc etiam monstrat vicefima luna,
 Hic Maij mensis erit & concludetur in ipso,
 At Pentecostes si forte requiritur ipse,
 A Maij nonis reperitur ritè secundis,
 Hunc etiam luna designat tempore quartæ,
 Hac Iulij mensis erit, & concludetur in ipso,
 Sed feria quacunque tibi provenierit ipse,
 Terminus in lucem Domini differro sequentem,
 A quo nomen habet, à quo resurrectio facta est.

De controversia ogdoagis, & de embolismo.

At quoniam prima sit controversia cycli,
 Que tamen tribus est annis, & sapè quibusdam,
 Contra epactarum seriem sit, luna kalendū,
 Endibolismalis & eam lunatio prodit,
 In quibus est nonis idibus & quibus atque kalendū
 Fiat, in extremo referemus carmine aperte,
 Hanc tenet octavus, undenus & ultimus annus,
 Ogdoas octavus est, à Græco nomine factum,
 Hoc anno epacta decima & septena recurrit,
 Incipitur nonis tum Marti luna secundis,
 Endibolismalis posthac trigesima nonis,
 Desinit Aprilis non ejus ritè secundas,
 Inde sed Aprilis ejus lunatio nonis
 Incipit, & Maij nona vicefima quintis,
 Desinit in nonis, in cuius luna kalendū,
 Epactas esse circa vicefima septima constat,
 Incipit in quartis Maij lunatio nonis,
 Desinit in quartis Iunij vicefima nonis,
 Ast tertius luna Iunij primordia sumit,
 Desinit in Iulij vicefima nona kalendū,
 Ast epactarum numero trigesima constat,
 Et tenet inde suum per cunctos regula cursum
 Inde sub undecimo vicefima permanet anno,
 Epacta & Iani nonis primordia ternis,
 Endibolismalis anni lunatio sumit:
 Clauditur & Februi trigesima quippe kalendū,
 Incipitur quartis ejus lunatio nonis,
 Ejus Marti sextis nonis vicefimanona,
 Anno bissextili tamen hic trigesima constat,
 Hic circa epactas Marti sit luna kalendū,
 Inde tenet solitum per cunctos regula cursum,
 Ultimus octavas decimus hinc continet annus,
 Epactas Marti, & nonis lunatio ternis,
 Endibolismalis hoc anno exordia sumit,
 Desinit Aprilis nonis vicefima ternis,
 Luna sed Aprilis nonis incepta secundas,
 Incipit nonis Maij vicefimanona
 Clauditur, ast ejus vicefimanona kalendū,
 Ex epactarum numero sit luna patenter,
 Incipitur quintis Maij lunatio nonis,
 Desinit & Iunij vicefima luna kalendū,
 Augusti & quartis nonis primordia sumit,
 Hoc quoque mense facit sine vicefimanona.

Contra

Contra epactarum seriem trigesima cum sit,
Clauditur hic saltu fieri, ratione probatur,
Lunarique dies unus subducitur anno,
Inde sed interius Augusto incipit a kalendis,
Contra epactarum seriem numeratur in ipse,
Inde refertur cursum per cunctos inuolatum.
Hinc Manfredus avertit, iubet & requiescere Plato,
Sed iam virgo pia dignetur sancta Maria,
Nequitia mores vitæque levare labores,
Hinc fratres socij dignas impartite grates.
In festo die cantemus digna Maria,
Laudem dicamus illi doctamque seranum:
Accepsi portum, quod mihi cursus erat.

Dixi.

APPENDIX CUIVSDAM.

Sunt anni ab origine mundi, sicut in Orosio legitur, usque ad nativitatem Christi quinque millia centum nonagintanovem. Ab orbe condito usque ad Urbem conditam, anni sunt quatuor millia quatuorcentum quadraginta septem. Ab urbe condita usque ad nativitatem Christi, anni sunt septingenti quinquaginta duo: sicque fiunt anni quinque millia centum nonagintanovem. Exinde anni Domini supputantur.

De urbe Roma.

Roma, urbs in Italia, totius quondam orbis Domina, à conditoris sui Romuli nomine sic vocata: quam propter eximiam virtutem plerique scriptorum, quasi sola esset, appellare urbem malebant. Quæ quidem, ut Orosius in chronica sua commemorat, post annos quatuor millia quadringentos quadraginta septem, id est, septingentesimo quinquagesimo secundo ante incarnationem Domini anno, condita est.

Nobilibus quondam fueras constructa patronis,
Subdita nunc servis, heu male Roma rubis,
Deserere tui tanto te tempore reges,
Cessit & ad Græcos nomen honosque tuus.
Constant in opulis florens, nova Roma vocatur,
Moribus & muris Roma verusit cadu.
Transit & imperiam, manit quo superbia tecum,
Cultus avaritia te nimium superat.
Vulgus ab extremis distractum partibus orbis,
Servorum servi, nunc tibi sunt Domini.
In te nobilium rectorum nemo remansit,
Ingenique tui, rura Pelasga colunt.
Truncasti vivos crudeli funere sanctos,
Vendere nunc horum mortua membra dolens.
Nam nisi te meritum Petri Paulique foveter,
Tempore jam longo Roma miscella fores.

De Treverensium urbe.

Nim Semiramis quæ tanto conjugis felix,
Plurima possedit, sed plura prioribus addit,
Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit à patrio privignum Trebera regno.
Profugus insignem nostram qui condidit urbem,
Treveris huic nomen dans, ob factoris amorem.
Quæ caput Europe cognoscitur antiquitate,
Filius huius hero, patris hæc epigrammatæ pono:
Cujus ad inferas hic cum tove Mars tenet aras,
Sydere concordis pax est non dissocianti.

FINIS.

EJUSDEM MANFREDI
EMBOLISMORVM
RATIO.

In primo anno igitur embolismi, hoc est in ogdoade tertia, sunt epactæ vigintiduo, & ideò est luna in kalendis Septembris & Octobris viginti septem, in kalendis Novembris, & Decembris vigintinovem; ipsa autem luna quæ vigesima nona est in kalendis Decembris, & extinguitur illic. Ipsa autem luna quæ quarto nonarum Decembris incipit primo, & terminatur in kalendis Januarii, trigessimus embolismus est. Quæ autem in kalendis Januarii est, prima luna ipsius est, quam & ipsa in triginta terminare debet.

In secundo anno embolismi, hoc est in ogdoade septem sunt epactæ, vigesima quinta luna in kalendis Septembris, trigesima est, & extinguitur illic, luna ipsius est. Illa autem luna quæ mutatur primo, quarto nonarum Septembris, & finitur trigesima, in kalendis Octobris embolismus est. Et illa quæ incipit primo, sexto nonarum Octobris, & finitur trigesimo nono, in tertio kalendatum Novembris luna Octobris est: in kalendis Novembris & Decembris, sit luna secunda. In kalendis Januarii quarta, sicut ordo est.

In tertio anno embolismi, hoc est in ogdoade ultima, sunt epactæ decem septem, Luna verò in kalendis Septembris & Octobris vigesima secunda: in kalendis Novembris & Decembris viginti quatuor. In kalendis Januarii vigesima sexta: in kalendis Martij viginti sex, in kalendis Aprilis & Maii viginti septem; in kalendis Junii & Julii, viginti novem: in kalendis Augusti, & in kalendis Septembris tertia. Cur facis unam ætatem lunæ in kalendis Aprilis & Maii? quia nusquam sic in calculo reperitur. Ideò quippe quia luna quæ secundo nonarum Martij incipit primo, & vigesima sexta est in kalendis Aprilis, in quarto nonarum Aprilis vigesima octava, in secundo nonarum Aprilis, trigessimus embolismus est, & extinguitur: & illa quæ incipitur, primo in nono Aprilis ipsa est Paschalis, & evenit decima quarta in decimo quarto kalendas Maii, & terminatur vigesima nona in quinto nonarum Maii, luna verò quæ est prima in quarto nonarum Maii, & finitur trigesima in quarto nonarum Julii, luna Maii est. Luna enim quæ incipitur in quarto nonarum Junii, finiturque vigesima, nono kalendatum Julii, luna Junii est. Luna quæ incipit primo, sexto nonarum Julii, terminaturque trigesima, secundo kalendas Augusti luna Julii est, postea autem fit luna ratio kalendatum Augusti primo, in kalendis Septembris à quarto, sicut ordo est. Nam si non fuisset unam ætatem lunæ in Aprilis kalend. & Maii, evenisset tibi illud in termino Paschali, quod est decimo quinto kalend. Maii, non decimo quarto, sed quindecimo, & fuisset error in Pascha five in ætatibus lunæ.

In primo igitur anno embolismi, hoc est, in hendecade, sunt epactæ viginti, & ideò est luna in kalendis Septembris & Octobris, vigesima quinta: in kalendis Novembris & Decembris vigesima septima: in kalendis Januarii vigesima nona: in quarto nonarum trigesima, quæ est Januarii: illa autem secunda luna, quæ quarto nonarum Januarii incipit primo, & extinguitur trigesimo kalendatum Februarii, embolismus est: illa verò luna, quæ quarto nonarum Februarii incipit primo, & finitur sexto nonarum Martij, vigesima nona luna Februarii est. Et si bissextus fuerit ipso anno, tunc ipsa luna Februarii trigesima computatur, sicut & in aliis bissextilibus annis. Porro luna quæ quinto nonarum ipsius mensis incipit primo, & finitur trigesima in kalendis Aprilis, luna Martij est: illa autem luna quæ quarto nonarum Aprilis incipit primo, & finitur vigesima nono, secundo kalendis Maii, luna Aprilis est. Quæ autem in kalendis evenit, prima luna ipsius est. Ceteri verò ordinem suum sequuntur. In ipso autem embolismo, anno secundo in hendecade sunt epactæ vigintitres, luna verò in kalendis Septembris & Octobris vigesima octava, in kalendis Novembris & Decembris trigesima:

illa

illa autem luna quæ in kalendis Novembris trigesima terminatur, luna ipsius est, & illa quæ quarto nonarum Novembris incipit primo, & in kalendis Decembris trigesima terminatur, embolismus est. Quæ verò prima quarto nonarum Decembris, in kalendis Januarii fit luna secunda, in kalendis Februarii tertia: cæteræ deinceps ordinem suum sequuntur. In ipso autem tertio embolismo anno, hoc est in hendecade, sunt epactæ vigintifex. Nullatenus tamen embolismus per ipsas epactas reperies, nisi ad epactas anni communis superioris revertaris. Nam in anno præterito communi fuerunt epactæ quindecim. Ideò autem luna in kalendis Augusti est vigesimonono, ibique terminatur, quia luna ipsius est: illa verò quæ quarto nonarum Augusti inchoatur primo, finiturque trigesima-secunda kalendarum Septembris, embolismus est: in kalendis Septembris & Octobris per epactas vigintifex fit luna prima, cæteræ verò ordinem subsequuntur. Sunt namque epactæ in ultimo embolismo hendecadis octodecim: in kalendis Septembris & Octobris luna vigesima-tertia: in kalendis Decembris & Novembris, vigesima-quinta: in kalendis Januarii, vigesima-septima: in kalendis Februarii, vigesima-octava: in kalendis Martii vigesima-septima: in kalendis Aprilis & Maii, vigesima-octava: in kalendis Junii trigesima: in kalendis Julii prima: in kalendis Augusti tertia: propter saltum lunæ: in kalendis Septembris quinta. Ideò autem facimus unam ætatem lunæ in kalendis Aprilis & Maii, quia luna quæ tertio nonarum Martii incipit primò, & in kalendis Aprilis est vigesima-octava: in quarto nonarum Aprilis, vigesima-nona: in tertio nonarum trigessimus embolismus est. Illa enim luna quæ secundo nonarum Aprilis incipit primò, & extenditur usque in sextum nonarum Maii, vigesima-nona luna Aprilis est, Paschalis etenim est, & venit decima-quarta in quindecim kalendarum Maii: & nisi ita fecisset,

evenisset ter in termino Paschali luna decima-quinta: & fuisset error in Pascha, & in ætatibus lunæ. Luna verò quæ inchoatur in quinto nonarum Maii, & finitur trigesima in kalendis Junii, luna Maii est, Junii quoque luna, tertio nonarum ipsius initium sumit, finiturque secundo kalendarum Julii vigesima-nona. Quæ ergo tertio kalendarum Julii est prima, & extinguitur vigesima-nona, luna Julii est. Et quamvis tertio kalendarum Augusti trigesima terminari debuisset; unum diem amittit propter saltum rationum, & computatur luna Augusti tertia, in kalendis ipsius, cum hanc ratione argumenti secundam existere doceat, quæ etiam vigesima-nona sexto kalendarum Septembris finitur. Et cæteræ ordinem suum sequuntur, Martius quinto, Aprilis primo, Maius tertio, Junius sexto, Julius primo, Augustus quarto, September septimo, October secundo, November quinto, December septimo, Januarius tertio, Februarius septimo, September quinto, October quinto, November septimo, December sexto, Januarius nono, Februarius decimo, Martius nono, Aprilis decimo, Majus undecimo, Junius duodecimo, Julius decimotertio, Augustus decimoquarto, Vigesimo sexto, decimoquinto, trigesimoquarto, vigesimotertio, duodecimo, trigesimoprimum, vigesimo, trigesimoquinto, quarto, vigesimo-octavo, decimoseptimo, trigesimo sexto, trigesimoquinto, trigesimoquarto, trigesimotertio, vigesimo secundo, trigesimoprimum, trigesimo, decimoquinto, quarto, trigesimo-octavo. Ad terminum septuagesimæ, à septimo idus Januarii numerata: ad terminum quadragesimæ à quinto kalendarum Februarii, numerata: ad terminum Paschæ, à quinto idus Martii, numerata: ad terminum Rogationum, à decimoseptimo kalendarum Maii, numerata: ad terminum Pentecostes, à tertio kalendarum Maii, numerata.

PRIMI TOMI FINIS.



VI
TU
TU
TU

VI
TU
TU
TU

